

dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae: sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.

**Offertorium.** Desiderium animae eius tribuisti ei, Domine: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. **Secreta.**

**S**acris altaribus, Domine, hostias superpositas factus N. abbas, quaesumus, in salutem nobis provenire deprecemur. Per Dominum.

**Comunio.** Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcomu.**

**P**rotegat nos, Domine, cum tui percipiendi sacramenti beatus N. abbas pro nobis intercedendo: ut & conversationis eius experiamur insignia & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

**IN COMMUNI VIRGINUM. Pro virgine & martyre.**

**Introitus.**



**M**oquebar de testimonio tuis in conspectu regum, & non confundebam: & meditabar in mandatis tuis

in nimis.

**Psalmus.**

Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. **Ps.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui inter caetera potentiae tuae miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: ut qui beatae N. virginis & martyris tuae natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per.

**Lectio libri Sapientiae.**

**C**onfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quonia adiuutor & protector factus es mihi: & liberaisti corpus meum, a perditione, a laqueo linguae iniquae, & a labijs operantium mendacium: & in conspectu astantium factus es mihi adiuutor. Et liberaisti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui, a rugientibus preparatis ad escam: de manibus quaerentium animam meam: & de portis tribulationum, quae circumdederunt me. A pressura flammae, quae circumdedit me: & in medio ignis non sum aestuata. De altitudine ventris inferi, & a lingua coinquinata, & a verbo mendacij: a rege iniquo, & a lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis sustinentes te, & libera eos de manibus gentium Dne Deus noster

**Graduale.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. **Ps.** propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae.

**Alleluia, alleluia.** **Ps.** Adducentur regi virgines post eam, proxima eius afferentur tibi in laetitia, alleluia.

**Tem.**

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens. ✠.** Spécie tua, pulchritudine tua: intende, prospere procéde, & regna, alleluia.

**Post Septuagesima. Tractus.**

**V**eni sponsa Christi, accipe corónam quam tibi Dòminus præparauit in ætèrnum: pro cuius amòre sanguinem tuum fudisti. ✠. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. ✠. Spécie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procéde, & regna.

Pl. 44.

Ibidè.

**Sequèntia sancti euangélij  
secúndum Matthæum.**

**I**n illo tèmporte: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælòrum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt óbuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudètes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autè faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est. Ecce sponus venit, exite óbuiam ei. Túc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapiètibibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vèdentes, & emite vobis. Dum autem irent eme-

re, venit sponus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgenes, dicentes. Dòmine, Dòmine, áperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem neque horam.

**Offertorium.** Afferentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. **Secreta.**

**S**uscipe, Dñe, múnera, quæ in beatæ **N** virginis & martyris tuæ solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dñm.

**Communio.** Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autè in mandatis tuis exercèbo, in tuis iustificationibus, vt non confundar. **Postcommunio.**

**A**uxilièntur nobis, Dòmine, sumpta mysteria: & intercedente beatâ **N** virgine & martyre tua, sempitèrna faciant protectiòne gaudere. Per Dòminum nostrum.

**ITEM PRO VIRGINE  
& martyre alia Missa.**

**Introitus.**



**M**expectauerunt peccatores, vt perderet me: testimonia tua Dòmine intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

**Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Dòmini, ✠. Glòria patri.

**Oratio.**

**I**ndulgentiam nobis, quaesumus, do-  
mine, beata **N.** virgo & martyr im-  
ploret: quae tibi grata semper extitit,  
& merito castitatis, & tuae professio-  
ne virtutis. Per Dominum.

**Lectio libri Sapientiae.**

**D**omine Deus meus exaltasti su-  
per terram habitacionem mea,  
& pro morte defluente deprecata sum.  
Inuocaui dominum patrem Domini  
mei, vt non derelinquat me in die tri-  
bulacionis meae, & in tempore super-  
borum sine adiutorio. Laudabo no-  
men tuum assidue, & collaudabo il-  
lud in confessione, & exaudita est ora-  
tio mea. Liberaisti me de perditione,  
& eripuisti me de tempore iniquo. Pro-  
pterea confitebor tibi, & laudem dica-  
m nomini tuo, Domine Deus noster.

**Graduale.** **A**diuuabit eam Deus  
vultu suo: Deus in medio eius non  
commouebitur. **V.** Fluminis impe-  
tus laetificat civitatem Dei: sanctifica-  
uit tabernaculum suum altissimus.  
**A**lleluia, alleluia. **V.** Haec est virgo  
sapiens, & vna de numero pruden-  
tum, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Gradu-  
le, & additur sequens.** **V.** O quam pul-  
chra est casta generatio cum clarita-  
te, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus**

**V**eni sponsa Christi, accipe corona-  
m quam tibi Dominus preparauit in aeternum  
pro cuius amore sanguinem tuum  
fundisti. **V.** Dilexisti iustitiam, & o-  
disti iniquitatem: propterea vnxit te  
Deus, Deus tuus oleo laetitiae pra-

confortibus eius. **V.** Specie tua, & pul-  
chritudine tua: intende, prospere pro-  
cede, & regna.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipu- Cap. 13  
lis suis parabolam hanc. Simile est  
regnum caelorum thesauro abscondi-  
to in agro quem qui inuenit homo, ab-  
scondit, & praegaudio illius vadit, &  
vendit vniuersa quae habet, & emit a-  
grum illum. Iterum simile est regnum  
caelorum homini negotiatori, querenti  
bonas margaritas. Inuenta autem vna  
pretiosa margarita, abiit, & vendidit  
omnia quae habuit, & emit eam. Iterum  
simile est regnum caelorum sagena mis-  
sa in mare, & ex omni genere piscium  
congreganti. Quam, cum impleta es-  
set, educentes, & secus littus sedentes,  
elegerunt bonos in vasa, malos autem  
foras miserunt. Sic erit in consumma-  
tione saeculi. Exhibunt angeli, & separa-  
bunt malos de medio iustorum, & mit-  
tent eos in caminum ignis. Ibi erit  
fletus & stridor dentium. Intellexi-  
stis haec omnia? Dicunt ei: Etiam Do-  
mine. Ait illis. Ideo, omnis scriba do-  
ctus in regno caelorum, similis est ho-  
mini patri familias, qui profert de the-  
sauro suo noua & vetera.

**Offertorium.** Diffusa est gratia in Pg. 44.  
labijs tuis, propterea benedixit te Deus  
in aeternum, & in saeculum saeculi.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, beatae **N.**  
virginis & martyris tuae dicatas  
meritis benignus assume & ad perpe-  
tuum

tuum nobis tribue prouenire subsidi-  
dium. Per Dominum.

**Communio.** Feci iudicium & iu-  
sticiam, Dñe, non calumnientur mihi  
superbi: ad omnia mandata tua dirigē-  
bar: omnem viam iniquitatis odio ha-  
bui.

**Postcommunio.**  
**D**iuini muneris largitate satiati,  
quæsumus, Domine Deus no-  
ster: ut intercedente beata **N.** virgine  
& martyre tua: in eius semper partici-  
patione viuamus. Per Dominum.

**In comuni plurium virginum  
& martyrum.** Omnia dicuntur ut su-  
pra pro vna virgine & martyre, exce-  
pta oratione quæ dicitur ut sequitur,  
& epistola. De virginibus præceptum  
Domini. quæ dicitur ut infra in com-  
muni virg. non martyr fol. 32.

**Oratio.**  
**D**A nobis, quæsumus Domine  
Deus noster: sanctarum virgi-  
num & martyrum tuarum **N.**  
& **N.** palmas incessabili veneratione  
venerari: ut quas digna mente non pos-  
sumus celebrare, humilibus saltē fre-  
quentemur obsequijs. Per Dñm.

**Secreta.**  
**I**ntende, quæsumus, Dñe, muneris,  
Altaribus tuis pro sanctarum marty-  
rum & virginum tuarum **N.** & **N.** fe-  
stiuitate proposita: ut sicut per hæc bea-  
ta mysteria illis gloriam contulisti, ita  
nobis indulgentiam largiaris. Per Dñm.

**Postcommunio.**  
**P**raesta nobis, quæsumus Domine  
intercedentibus sanctis martyri-  
bus atque virginibus tuis: ut quod ore

contingimus, pura mente capiamus  
Per Dominum nostrum.

**PRO VIRGINE TANTVM**

**Introitus.**



**D**ilexisti iusticiam, & o-  
disti iniquitatem: pro-  
pterea vnxit te Deus,  
Deus tuus oleo lætitiæ  
præ consortibus tuis.

**Psalmus.** Eructauit cor meum  
verbum bonum: dico ego opera mea  
regi. **A.** Gloria patri & filio.

**Oratio.**  
**E**Xaudi nos Deus salutaris noster  
ut sicut de beatæ **N.** virginis tuæ  
festiuitate gaudemus: ita piæ deuoti-  
nis erudiāmur affectu. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli  
ad Corinthios.**

**F**ratres. Qui gloriatur, in Domi-  
no glorietur. Non enim qui se ip-  
sum commendat, ille probatus est: sed  
quem Deus commendat. Utinam su-  
stinerētis modicum quid insipientiæ  
meæ: sed & supportate me. Amulor  
enim vos Dei æmulatione. Despondi  
enim vos vni viro, virginem castam  
exhibere Christo.

**Graduale.** Spécie tua, & pulchri-  
tudine tua: intende, prospere procé-  
de, & regna. **D.** Propter, veritatem &  
mansuetudinem, & iusticiam: & deducet  
te mirabiliter dextera tua.

**Alleluia, alleluia.** **A.** Adducuntur re-  
gi virgines post eam: proximæ eius  
afferentur tibi in lætitia, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Gra-  
duale, & additur sequens.** **A.** Spécie

tua, & pulchritudine tua: intēde, prō  
sperē procēde, & regna, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**A**udi filia, & vide, & inclina aurem  
tuam: quia concupit rex spēciem  
tuam. **V**ultum tuum deprecabūn  
tur omnes diuites plebis: filia regum  
in honōre tuo. **A**dducētur regi  
virgines post eam: proxima eius af-  
ferentur tibi. **A**fferentur in lætitia  
& exultatione: adducētur in tem-  
plum regis.

**Euangelium.** Simile est regnum  
cælōrum decem virginibus. **vt supra**  
**in Missa virg & mart.** fol. 29.

**Offertorium.** Filia regnum in ho-  
nōre tuo, astitit regina à dextris tuis:  
in vestitu deaurato, circumdata varie-  
tate. **Secreta.**

**A**ccepta tibi sit, Dōmine, sacratae  
plebis oblatio, pro tuōrum honō-  
re sanctorum: quorum se mēritis de-  
tribulatione precepisse cognōscit au-  
xilium. Per Dōminum.

**Communio.** Quinque prudentes  
virgines accepērunt oleum in vasis  
suis cum lampadibus, mēdia autem  
nocte clamor factus est: ecce sponsus  
venit: exite obviam Christo Dōmino.

**Postcommunio.**

**S**atiasti, Dōmine, familiam tuam  
muneribus sacris: eius quæsumus  
semper interuentiōne nos refoue, cu-  
ius sollempnia celebrāmus. Per Domi-  
nam nostram Iesum.

**ITEM PRO VIRGINE**

**tantum alia Missa.**

**Antroitus.**



**V**ultum tuum de pre-  
cabuntur omnes di-  
uites plebis: adducen-  
tur regi virgines post  
eam: proxima eius  
adducētur tibi in lætitia & exultatiō-  
ne. Psalmus. Eructavit cor meum  
verbum bonum dico ego opera mea  
regi. **G**lōria patri. **Oratio.**

**E**xaudi nos Deus salutāris noster:  
vt sicut de beata **N** virginis tuæ  
festiuitate gaudēmus: ita piæ deuotiō-  
nis erudiamur effectu. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli apō-  
stoli ad Corinthios**

**F**ratres: De virginibus præceptum  
Dōmini non habeo: consilium au-  
tem do, tanquam misericordiam con-  
secutus à Dōmino vt sim fidēlis. Exi-  
stimo enim hoc bonum esse propter  
instantem necessitatem, quoniam bo-  
num est homini sic esse. Alligatus es  
uxori? noli quærere solutionem. Solu-  
tus es ab uxore? noli quærere uxorem.  
Si autem accēperis uxore non peccā-  
sti. Et si nūpserit virgo: non peccauit.  
Tribulatione tamen carnis habebunt  
huiusmodi. Ego autem vobis parco.  
Hoc itaque dico fratres, tempus bre-  
ue est: Reliquum est, vt & qui habent  
uxores, tanquam non habentes sint:  
& qui flent, tanquam non flentes: &  
qui gaudent, tanquam non gauden-  
tes: & qui emunt, tanquam non possi-  
dentes: & qui vtuntur hoc mūdo, tan-  
quam non vtantur. Præterit enim fi-  
gura huius mūdi. Volo autē vos sine  
solicitudine esse. Qui sine uxore est:

solici-

Ps. 44.

Ibidē.

Cap. 7.

sollicitus est quæ Dōmini sunt, quōmodo placeat Deo. Qui autem cum vxōre est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quōmodo placeat vxōri: & diuisus est. Et mulier innūpta & virgo cōgitat quæ Dñi sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu. In Christo Iesu Dōmino nostro.

**Graduale.** Concupiuit rex decorem tuum, quōniam ipse est Dōminus Deus tuus. **Ps.** Audi filia & vide, & inclina aurem tuam. Alleluia, alleluia. **Ps.** Hæc est virgo sapiens, & vna de numero prudentum, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.** **Ps.** O quàm pulchra est, casta generatio cum claritate, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.** **Ps. 44.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. **Ps.** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, filia regum in honore tuo. **Ps.** Adducuntur regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. **Ps.** Afferentur in lætitia, & exultatione: adducuntur in templum regis.

**Euangelium.** Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. **vt supra in Mis. sa Virg. & Mart. fol. 30.**

**Offertoriū.** Afferentur regi virgines post eam, proxima eius afferetur tibi in lætitia & exultatione: adducetur in templum regi Dño. **Secreta.**

**A**ccēpta tibi sit, Dōmine, sacrata plebis oblatio, pro tuorum honore sanctōrum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxi-

lium. Per Dōminum nostrum.

**Cōmunio.** Simile est regnum cælorum homini negotiōtori quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna pretiosa margarita, dedit omnia sua & cōparauit eam. **postcōmunio.**

**S**atiasti, Dōmine, familiam tuam munēribus sacris: eius quæsumus semper interuentiōne nos refoue, cuius sollēmnia celebrāmus. Per Dñm.

**Q**UINQUE COMMUNI NON Virginum. Pro vna martyre non virgine. **Introitus**



**M**expectauerunt peccatores vt perderet me, testimonia tua Dñe, intellexi: omnis consummationis vidi finem: la-

tum mandatum tuum nimis.

**Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Dōmini. **Ps.** Glōria patri. **Oratio.**

**D**eus, qui inter cætera potentia tua miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cōcede propitius: vt qui beatę **N** martyris tuæ natalitia cōlimus, per eius ad te exempla gradiāmur. Per Dñm.

**Si fuerint plures. Oratio.**

**D**A nobis, quæsumus, Dōmine Deus noster, sanctarum martyrum tuarū **N.** & **N.** palmas incessabili veneratione venerari: vt quas dignamēte non pōssumus celebrare, humilibus saltem frequentēmus obsequijs. Per Dōminum.

**Epistol.** Confitebor tibi Dñe rex, vt

supra

supra in Missa virgin. & mart. fol. 18.

**Graduale.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. *Ps.* Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ.

**Alleluia, alleluia.** *Ps.* Spécie tua, & pulchritudine tua: inténde, prospère procéde, & regna, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.** *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

**Post septuagesimam, Tractus.**

Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus præparauit in ætérnum: pro cuius amore sanguinẽ tuum fudisti. *Ps.* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. *Ps.* Spécie tua, & pulchritudine tua: inténde, prospère procéde, & regna.

**Euangelium.** Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. *vt supra. fol. 30.*

**Offertorium.** Diffusa est grátia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ætérnum, & in sæculum sæculi, alleluia. **Secreta.**

**S**uscipe, Dómine, múnera, quæ in beatae *N* martyris tuæ sollempnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari Per Dóminum.

**Si fuerint plures. Secreta.**

**I**nténde, quæsumus, Dómine, múnera, altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum *N* & *N*. festiuitate propòsita: vt sicut per hæc beata my-

stéria illis glóriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiâris. Per Dñm.

**Communio.** Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. **Postcommunio.**

**A**vxiéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: & intercedente beata *N*. martyre tua: sempiterna faciât protectione gaudere. Per Dóminum.

**Si fuerint plures. Postcommunio.** Præsta nobis, quæsumus, Dómine intercedentibus sanctis martyribus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiâmus. Per Dñm.

**¶ PRONEC VIRGINE, nec martyre. Introitus.**



**C**ognoui Dñe quia æquitas iudicia tua & in veritate tua humiliasti me: cõfuge timore tuo carnes meas, à mada-

tis tuis timui. *Psal.* Beati immaculati in via qui ambulant in lege Dómini. *ver.* Glória patri. **Oratio.**

**E**xaudi nos Deus salutâris noster: vt sicut de beatae *N* festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiâmur affectu. Per Dóminum.

**Lectio libri Sapientia.**

**M**ulierẽ fortem quis inueniet? Procul, & à vltimis finibus pretiũ eius. Cõfidit in ea cor viri sui: & spolijs non indigebit. Reddet ei bonũ, & non malum, & omnibus diebus vitæ suæ. Quæ sicut lanam & linum: &

operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris deloge portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque praedam domesticis suis: & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos: & roboravit brachium suum. Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fenum. Manum suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrae. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chanaanæo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiae: & lex clementiae in lingua eius. Consideravit semitas domus suae: & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii eius, & beatissimam praedicaverunt: vir eius, & laudavit eam. Multae filiae congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia: & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eam in portis opera eius.

44. **Graduale.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. **Ps.** Propter veritatem &

mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens Ps.** Propter veritatem: & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, Alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**A** udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit rex speciem tuam. **Ps.** Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiae regum in honore tuo. **Ps.** Adducuntur regi virgines post eam: proximae eius afferentur tibi. **Ps.** Afferentur in letitia & exultatione: adducuntur in templum regis.

**Evangelium.** Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. **ut supra.** fol. 30.

**Offertorium.** Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum, & in saeculum saeculi.

**Secreta.**

**A** ccepta tibi sit Domine sacratae plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum, quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

**Comunio.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus Deus tuus oleo letitiae praecolortibus tuis.

**Postcommunio**

**S** atiasse, Dne, familiam tuam manentibus sacris: eius quaelumus, semper



per interuentione nos refouet, cuius sollemnia celebramus. Per Dominum.

Item alia epistola pro vidua.

Lectio epistola beati Pauli apostoli ad Timotheum.

**C**harissime. Viduas honora: quæ verè viduæ sunt. Si quæ autem vidua filios aut nepotes habet: discat primùm domum suam regere, & tuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est & desolata: spectet in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorū & maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur nō minus sexaginta annorum quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministravit: si omne opus bonum subsecuta est.

**IN ANNIVERSARIO**  
dedicationis Ecclesie.

**Introitus.**



Erribilis est locus iste, hic domus Dei est, & porta cæli: & vocabitur aula Dei.

**Psalm.** Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum? concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. **V.** Gloria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repræsentas in columnis: exaudi preces populi tui, & præsta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsi: beati Ioannis apostoli.

**I**n diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatum viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor: neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nouo facio omnia.

**Graduale.** Locus iste à Deo factus est, in æstimabile sacramentum, irreprehensibilis est. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum. **A**lleluia, alleluia. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, alleluia. Ps. 137.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.** **V.** Benefundata est domus Domini, super firmam petram, alleluia. Mat. 7.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum. Ps. 124.

qui

qui habitat in Hierusalé. **¶** Montes in circuitu eius, & Dñs in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in seculum.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.*

Ca. 19.

**I**n illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic erat princeps Publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem ficomorum ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum. Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse sit filius Abraham. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

**Offertorium.** Dñe Deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa: & populum tuum: qui repertus est, vidi cum in genti gaudio: Deus Israël custodi hanc voluntatem, Domine Deus.

**Secreta.**

**A**nnue, quæsumus, Domine, precibus nostris: ut quicumque intra

templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitum continemur: plena tibi atque perfecta corporis & animæ deuotione placeamus: ut dum hæc vota presentia reddimus, ad æterna præmia, te adiuuante, peruenire mereamur. Per Dñm.

**Communio.** Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit accipit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperiatur.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui de viuis & electis lapidibus æternum maiestati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti: ut quod ecclesie tuæ proficit corporalibus spacijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dñm.

**Infra Octauam Dedicationis Ecclesie, & die octaua dicitur Missa ut supra in Annueiario Dedicationis Ecclesie. Sed infra octauam secunda oratio dicitur de sancta Maria. Concede. tertia. Ecclesie vel pro Papa.**

**In ipsa die Dedicationis Ecclesie Missa dicitur ut supra in Annueiario Dedicationis, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut sequitur. Oratio.**

**D**eus, qui inuisibiliter omnia continet, & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentie visibiliter ostendis: templum hoc potentie tuæ in habitationis illustra: & concede: ut omnes, qui huc deprecaturi conueniunt ex quacumque tribulatione ad te clamauerint consolationis tuæ beneficia consequantur. Per Dominum.

**Secreta.**

Ddd

Deus

**D**eus, qui sacradorum tibi auctor es munerum, effunde super hac orationis domum benedictionem tuam ut ab omnibus in ea inuocantibus nomen tuum, defensionis tue sentiatur auxilium. Per Dominum.

## Postcommunio.

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: ut in hoc loco, quæ nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petentibus aures tue pietatis accommodes. Per.

In ipsa die Dedicacionis altaris totum officium agitur ut supra in anniuersario Dedicacionis Ecclesie præter Orationes, loco quarum dicuntur sequentes. Oratio.

**D**eus, qui ex omni coaptatione sanctorum, æternum tibi condidisti habitaculum: da ædificationi tue incrementa cælestia: ut quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Dominum. Secreta.

**O**mnipotens sempiternus Deus, altare hoc nomini tuo ædificatum cælestis virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxiliij tui munus ostende: ut & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per Dominum.

## Postcommunio

**Q**uæsumus omnipotens Deus: ut in hoc loco nomini tuo dedicato cunctis petentibus aures tue pietatis accommodes. Per Dominum.

Sequentes Missæ votiuæ, licet pro sacerdotis deuotione quacunque die dici possint per hebdomadam quan-

do festum duplex non occurrit (quod tamen passim nisi rationabili de causa fieri non debet, sed quo ad fieri potest, Missa cum officio conueniat) cui que tamen diei propria Missa potest assignari, ut Feria ij. (nisi dicatur pro defunctis) Missa de Trinitate. feria iij. de Angelis, Feria iiii. de Apostolis Feria v. de Spiritu sancto. Feria vj. de Cruce. Sabbato de sancta Maria. In ipsis non dicitur. Gloria in excelsis nec Credo. Nisi pro publica ecclesie causa. In Missa autem beatæ Mariæ, & in Missa angelorum dicitur tantum, Gloria in excelsis.

## MISSA DE SANCTA

Trinitate.

Introitus.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Tebie Ca. 12.

am. Psalm. Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri & filio. Ps. 8.

Oratio.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus ut eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

**F**ratres: Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete.

habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

**an. 3.** **Graduale.** Benedictus es Dñe, qui intuêris abyssos, & sedes super Cherubim. **Ps.** Benedictus es Domine in firmamento cæli, & laudabilis in sæcula.

**Dan. 3.** **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale vsque ad primum alleluia, & additur alius versus vt sequitur.** **Ps.** Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu, alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.**

Te Deum patrem ingénitum, te filiū vnigénitum, te spiritum sanctum paráclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatem toto corde confitemur, laudamus, atq; benedicimus. **Ps.** Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. **Ps.** Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in sæcula sempiterna, obeata Trinitas.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**Cap. 15 & 16.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paráclitus, que ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non escandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit ho-

ra, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo, & hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

**Offertorium.** Benedictus sit Deus pater, vnigénitusque Dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam tuam. **Secreta.**

**S**anctifica, quæsumus, Dñe Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipsos tibi perficemus æternum. Per Dñm.

**Præfatio.** Qui cum vnigénito.

**Cōmunio.** Benedicimus Deum cæli: & coram omnibus viuētib; confitemur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Postcommunio.**

**P**roficiat nobis ad salutem corporis & animæ, Dñe Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemq; indiuiduæ vnitatis confessio. Per Dñm.

**Tempore Paschali in fine Introitus, in fine Offertorij, & Communio- nis, tam in superiori, quã in sequētib; Missis vbi nō habetur, additur. alla.**

**Pro gratiarum actione dicitur Missa de S. Trinitate, vel de Spiritu sancto. vel de sancta Maria, additis sequētib; orationibus. Oratio.**

**D**eus, cuius misericordiam non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: pro collatis bonis gratias agimus, tuam semper clem-

tiam exorantes, vt qui petentibus postulata concedis, eisdem non descere ad premia futura disponas. Per Dominum.

**Secreta.**

**O** Dorem, Domine, sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe suauitatis, & presta: vt quos ex audire, & incolumes seruare dignatus es, ab omni in posterum aduersitate custodias: & in tuo seruitio, & amore concrecant. Per Dominum.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui neminem in te sperantem, nimium affligi permittis, sed pijs precibus prestat auditum, pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus; te piissime deprecantes: vt per hac quae sumpsimus, a cunctis eripi mereamur aduersis Per.

**MISSA DE ANGELIS.****Introitus.**

**B**enedicite Dominum omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. **Psalm.**

Benedic anima mea Domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. **Ps.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniantur. Per Dominum.

**Oratio libri Apocalypsis beati Iohannis apostoli.**

**I**n diebus illis; Audiuí vocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quae in caelo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari, & quae in eo: omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria & potestas in saecula saeculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuente in saecula saeculorum.

**Graduale.** Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. **Ps.** Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.

**Alleluia, alleluia.** In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, alleluia.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.** Angelus Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.**

**B**enedicite Dñm omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. **Ps.** Benedicite Dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntate eius. **Ps.** Benedicite Dño omnia opera eius, in omni loco domina

tionis

tionis eius benedic anima mea Dño.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.*

**Cap. 1.** **I**n illo tempore: Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se: & dicit de eo. Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & ait. Rabbi, tu es fili' Dei, tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

**Apo. 8.** **Offertorium.** Stetit angelus extra aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatatum de manu angeli in conspectu Dei.

*Secreta.*

**H**ostias tibi, Dómine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes: ut easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, & pascatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dóminum.

**Cómunio.** Angeli, Archangeli, Principatus & Potestates, Virtutes caelorum Dominatioes, & Throni, Cherubim atque Seraphim, Dñm benedicite in æternum. *Postcommunio.*

**R**epleri, Dómine, benedictione celesti, suppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio, sanctorum angelorum atque archange-

lorum nobis prodesse sentiámus auxilio. Per Dóminum.

*Alia Missa votiva de sancto Michaelis Arc'angelo, prout in eius dedicatione mense Septembri.*

**MISSA VOTIVA DE  
Sanctis apostolis Petro & Paulo**

*Introitus.*



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Psalmus.*

Dómine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. *Gloria.*

*Oratio.*

**D**eus cuius dextera beatum Petrum ambulantes in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede: ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur. Qui uiuis.

*Lectio actuum apostolorum.*

**I**n diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter oes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audébat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Dómino multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateas eicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis.

1014  
tis: vt veniente Petro, saltem vmbra  
illius obumbraret quęquam illorum,  
& liberarentur ab infirmitatibus suis.  
Concurrēbat autem & multitudo vi-  
cinarum ciuitatum Hierusalem, affe-  
rentes ægros, & vexatos à spirítibus  
immúndis: qui curabántur omnes.

**Graduale.** Constitues eos princi-  
pes super omnem terram: memores e-  
runt nóminis tui Dómine. *Ps.* Pro pá-  
tribus tuis nati sunt tibi filij: proptē-  
rea pópuli confitebúntur tibi.

**Alleluia, alleluia.** *Ps.* Nimis honorá-  
ti sunt amici tui Deus, nimis confortá-  
tus est principátus eórum, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Qui seminát in láchrymis, in gáu-  
dio metent. *Ps.* Eúntes ibant & flebát  
mittētes semina sua. *Ps.* Veniētes  
autem venient cum exultatióne por-  
tantes manipulos suos.

**Sequētia sancti euangélj  
secúndum Matthæum.**

**I**n illo tēpore: Dixit Simon Pe-  
trus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus  
omnia, & secúti sumus te: quid ergo  
erit nobis? Iesus autem dixit illis. A-  
men dico vobis, quòd vos qui secúti  
estis me, in regeneratióne, cum sedé-  
rit filius hominis in sede maiestátis suę  
sedébitis & vos super sedes duódecim,  
iudicantes duódecim tribus Israël. Et  
omnis, qui reliquerit domum, vel fra-  
tres, aut soróres, aut patrem, aut ma-  
trem, aut vxóre, aut filios, aut agros  
propter nomē meum: cētuplum ac-  
cipiet, & vitam ætérnam possidebit

**Offertorium.** In omnem terram

exiuit sonus eórum: & in fines orbis  
terrę verba eórum.

**O**fferimus tibi, Dómine, preces  
& múnera: quę, vt tuo sint di-  
gna conspēctu, apostólorum tuórum  
Petri & Pauli précibus adiuuémur. Per  
Dóminum nostrum Iesum.

**Communio.** Vos qui secúti estis *Matth.*  
me, sedébitis super sedes iudicantes  
duódecim tribus Israël.

**Postcommunio.**

**P**rotege, Dómine, pópulum tuū  
& apostolórum tuórum Petri &  
Pauli patrocínio confidentem, perpé-  
tua defensióne conserua. Per Dñm.

**Tempore Paschali dicitur Missa  
vt in festo sancti Marci, præter Ora-  
tionem, Epistolam, & Euangelium,  
quę dicuntur. vt suprã.**

**MISSA DE SPIRITV**

**Sancto. Introitus.**



**S**piritus Dómini re *Sap. 1.*  
plēuit orbem ter-  
rarum & hoc quod  
continet ómnia,  
sciētiā habet vo-  
cis. *Psalm.* Exúr-

gat Deus, & dissipēntur inimici eius,  
& fúgiant, qui odērunt eum, à facie  
eius. *Ps.* Glória patri. **Oratio.**

**D**eus, qui corda fidélium, sancti  
spíritus illustratióne docuisti: da,  
nobis in eódem spírítu recta sapere  
& de eius semper consolatióne gau-  
dēre. Per. in vnit. eiúsdem.

**Lectio actuum apostolórum.**

**I**n diēbus illis. Cúm audissent apo- *ap. 1.*  
stoli qui erāt Hierosolymis, quia re-  
cēpit

cēpit Samāria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioānnem. Qui cū venissent, orauerūt pro ipsis, vt acciperēt spiritum sanctum. Non dum enim in quēquam illōrū venerat: sed baptizati tantum erant in nōmine Dōmini Iesu. Tunc imponēbāt manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.

l. 32. **Graduale.** **B**eāta gens, cuius est dōminus Deus eōrum: pōpulus quem elegit Dōminus in hāreditatem sibi. **V**erbo Dōmini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eōrū.

**Alleluia, alleluia.** **V**eni sancte spiritus; reple tuōrum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accēde, alleluia.

Hic genua flectuntur.

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens.** **E**mitte spiritum tuum, & creabūntur: & renouabis faciem terræ, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**E**mitte spiritum tuū, & creabūntur: & renouabis faciē terræ. **O** quam bonus & suauis est, Dñe, spiritus tuus in nobis. **V**eni sancte spiritus reple tuōrum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accēde.

Ps. 103.

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioānnem.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermōnem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniēmus, & mansiōnem apud eum faciēmus. Qui non diligit me, sermōnes meos non seruat. Et sermōnem quem audistis, non est me: sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens.

Capitulum 14

Paracletus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecunque dixerō vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado & veni ad vos, Si diligerētis me, gauderētis utique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat ut cū factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed, ut cognoscat mundus, quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

**Offertorium.**

**C**onfirma hoc Deus: quod operatus es in nobis: à templo sancto tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges mūnera.

**Secreta.**

**M**vnera, quæsumus, Dōmine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratiōne emunda. Per Dōminum. in vnitāte eiusdem.

**Præfatio.** Qui ascendens super omnes caelos.

**Communio.**

**F**actus est repente de caelo sonus aduentantis spiritus vehementis, vbi erāt sedentes: & replēti sunt omnes spiritu sancto, loquētes magnalia Dei.

**Postcommunio.**

**S**ancti spiritus, quæsumus, Dōmine, ne corda nostra mūndet infusio: & sui roris intima aspersiōne fecundet. Per Dñm. in vnitāte eiusdem.



Ad postulandum gratiam Spiritus sancti, dicitur Missa vt supra cum sequentibus orationibus.

Oratio.

**D**eus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, & dignè laudare mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: in vnitâte eiusdem.

Secreta.

**H**æc oblatio, quaesumus, Dñe, cordis nostri maculas emudet: vt sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dominum: in vnitâte eiusdem.

Postcommunio.

**C**oncède, quaesumus, omnipotens Deus, sanctum nos spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, & ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per Dominum: in vnitâte eiusdem.

Potest etiam in hac quarta Feria dici missa votiva de sanctissimo sacramento, quæ habetur in eius festo fol. 43.

MISSA DE SANCTA.

Cruce.

Introitus.

**N**os autè gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per què saluati & liberati sumus.

Psal. Deo misereatur nostri, & bene-



dicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **G**loria patri.

Oratio.

**D**eus, qui vnigeniti filij tui pretioso sanguine, viuificaæ crucis vexillum sanctificare voluisti: concede, quaesumus, eos qui eiusdem sanctæ Crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philipenses.

**F**ratres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Cap. 4

Graduale. Christus factus est pro

phil. 2

nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cælorum, & Dominum, alleluia.

Tempore Paschali omittitur Graduale & additur sequens. Dicitur in gentibus, quia Dominus regnauit a ligno, alleluia.

Post Septuagesimam, Tractus.

**A**doramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti

misti mundum. **R.** Tuam crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis. O crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare regem cælorum & Dominum.

*Sequentia sancti euangelij  
secundum Mattheum.*

**Cap. 20** **I**n illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.

**Offertorium.** Protege, Domine, plebem tuam per signum sanctæ crucis, ab omnibus insidijs inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus scruicritatem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. **Secreta.**

**H**æc oblatio, quæsumus, Domine, ab omnibus nos purget offensis: quæ in ara crucis immolata, etiã totius mundi tulit offensam. Per Dominum nostrum.

**Præfatio.** Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti.

**Communio.** Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. **Postcommunio.**

**A**d esto nobis, Domine Deus noster: & quos sanctæ Crucis lætari facis honore, eius quoque perpétuis defende subsidijs. Per Dominum.

**Tempore Paschali, loco primæ Ora-**

**tionis dicitur sequens Oratio.**

**D**eus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiã consequamur. Per.

**Et ad Intr. Offert. & Postcóm. additur alleluia, ut supra in propria rubrica dictum est.**

**ALIA MISSA DE PASSIONE Dñi nostri Iesu Christi**

**Introitus.**



**H**umiliavit se metipsu Dominus IESVS Christus usque ad mortem, mortem autem crucis propter quod & Deus ex. Itavit illum, &

donavit illi nomẽ, quod est super omne nomen. **Psalm.** Misericordias Dñi in æternũ cantabo in generatiõne & generatiõnem. **R.** Glõria. **Oratio.**

**D**omine Iesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu patris descendisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionẽ peccatorum nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: ut in die iudicij, ad dexterã tuã audire mereamur, venite benedicti. Qui vi.

**Lectio Zachariæ prophætæ**

**H**æc dicit Dominus. Effundam super domũ David, & super omnes habitantes Hierusalem, spiritum gratiæ, & miseratiõnis: & aspiciens in eum quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super unigenitũ: & d

lebunt super eum; ut doleri solet in morte primo geniti. In illa die erit platus magnus in Hierusalém: & dicetur. Quid sūt plagæ istæ in medio manū tuarū? Et dicet. His plagatus sum in domo eorū qui diligēbant me. Frange ea suscitāre super pastōrē meū, & super virū cohærentem mihi, dicit Dñs exercituū. Percute pastōrē, & dispergetur oves. Ait Dóminus omnipotens.

**Graduale.** Improperiu expectauit cor meū, & miseriam: & sustinui, qui simul mecū cōtristaretur, & non fuit: consolantē me quæsiui, & non inueni. **✠.** Dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

**Alleluia, alleluia.** **✠.** Ave rex noster: tu solus nostros es miseratus errores, patri obediēs, ductus es ad crucifigendū: ut agnō mansuet⁹ ad occisionē, a pa.

**Tempore Paschali, Graduali omisso ad verbum cum alleluia additur sequens.** **✠.** Tibi glória osanna: tibi triūphus & victória: tibi summæ laudis & honoris corōna, Alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.** Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. **✠.** Et nos putauimus eū quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatū. **✠.** Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras, atritus est propter scēlera nostra. **✠.** Disciplina pacis super eū: & liuōre eius sanati sumus.

**Sequentia sancti euangēlij secundum Ioānnem.**

In illo tempore: Sciens Iesus quia iā summata sunt, ut colum

marētur scriptūra, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum: illi autem spongiam aceto plenam, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acētum: dixit. Consummatū est. Et inclinato capite tradidit spiritū. Iudæi ergo (quoniam parasceue erat) ut non remaneret in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura: & alterius, qui crucifixus est cū eo. Ad Iesum autē cum venissent, ut viderent eum iam mortuū, non fregērunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuō exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniū perhibuit: & verum est testimoniū eius.

**Offertorium.** Insurrexerūt in me viri iniqui: absque misericordia quæsiērunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meam spūere: lanceis suis vulnerauerūt me, & cōcussa sunt omnia ossa mea. **Secreta.**

**O** Blātū tibi Dōmine sacrificium intercedēte vnigeniti filij tui passiōne, viuificet nos semper & muniat. Qui tecum viuit.

**Communio.** Foderūt manus meas & pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. **Postcommunio.**

**D**omine Iesu Christe fili dei viui qui hora sexta, pro redemptiōne mundi, crucis patibulum ascendisti, & sanguinem tuum pretiōsum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti

fudisti: te humiliter de precamur: ut  
post obitum nostrum, paradisi ianuas nos  
gaudeter introire concedas. Qui vivis.

**MISSA VOTIVA DE**  
**S. Maria, ab Adventu usque ad nati-**  
**uitatem.** **Introitus.**



Isa, 45.

Pf. 45.

**R**orate celi de  
super, & nu-  
bes pluant iustum:  
aperiatur terra, &  
germinet saluato-  
rem. **Psalm.** Be-  
nedixisti Dñe terram  
tuam auertisti capti-  
uitatem iacob. **Gloria.**

**Oratio.**  
**D**eus, qui de beatæ Mariæ virgi-  
nis utero, verbum tuum angelo nun-  
tiantem carnem suscipere voluisti: presta  
supplicibus tuis: ut, qui verè eam geni-  
tricem Dei credimus, eius apud te inter-  
cessionibus adiuuemur. Per eundem.

**Lectio Isaiæ prophete.**

**Cap. 7** **I**n diebus illis. Locutus est Dñs ad  
Achaz, dicens. Pete tibi Signum à  
Dño Deo tuo in profundum in ferni,  
sive in excelsu supra. Et dixit Achaz.  
Non petam: & non tentabo Dñm. Et  
dixit. Audite ergo domus David Nū-  
quid parum vobis est, molestos esse ho-  
minibus: quia molesti estis & Deo  
meo? Propter hoc dabit Dñs sibi vo-  
bis lignum. Ecce, virgo concipiet & pari-  
et filium, & vocabitur nomen eius Em-  
manuel. Butyrum & mel comedet, ut  
sciat reprobare malum, & eligere bonum.

**Graduale.** Tollite portas princi-  
pes vestras, & eleuamini portae aeter-  
nae, & introibit rex gloriae. **Ps.** Quis

ascendet in montem Dñi, aut quis stabit  
in loco sancto eius? innocens manibus  
& mundo corde. **Alleluia, alleluia.** **Luce.**  
Aue Maria gratia plena, Dñs tecum,  
benedicta tu in mulieribus, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij**  
**secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Missus est angelus Ga-  
briël à Deo in ciuitatem Galilaeae, cui  
nomen Nazareth ad virginem despon-  
satam viro cui nomen erat Ioseph, de  
domo David, & nomen virginis Ma-  
ria. Et ingressus angelus, ad eam dixit.  
Aue gratia plena, Dñs tecum: benedi-  
cta tu in mulieribus. Quae cum audisset,  
turbata est in sermone eius, & cogita-  
bat qualis esset ista salutatio. Et ait an-  
gelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim  
gratiam apud Deum. Ecce concipies in  
utero, & paries filium: & vocabis nomen  
eius Iesum. Hic erit magnus: & filius  
altissimi vocabitur. Et dabit illi Dñs  
sedem David patris eius: & regnabit  
in domo Iacob in aeternum: & regnum  
eius non erit finis. Dixit autem Maria  
ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam  
virum non cognosco? Et respondens  
angelus, dixit ei. Spiritus sanctus  
superueniet in te, & virtus altissimi  
conueniet tibi. Ideoque scietur ex te  
sanctum, & nomen eius dicitur illi  
Iesus. Et ecce Elisabeth etetio mea.  
ipsa concipit filium & venerabi-  
& hic mensis est sextus ne tactu pu-  
tur sterilis: quia non aluatoris. **Ps.**  
apud Deum omne verum totus non  
tem Maria: Ecce ancilla viscera fa-  
mih i secundum verbum **Ps.**

**Offertorium.** Ave, Maria, grãtia plena, Dõminus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui.

**Secreta.**

**I**nmẽntibus nostris, quãsumus dõmine, vere fidei sacramenta confirmã: vt, qui conceptum de vîrgine. Deum verum & hominem confitemur per eiúsdem salutiferã resurrectiõnis potẽntiam, ad æternam mereãmur peruenire lætitiã. Per eundem.

**Præfatio.** Et te in veneratiõne beatæ Mariæ: quæ in sequentibus quoq; Missis de sancta Maria dicitur.

**Communio.** Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuël.

**Postcommunio.**

**G**ratiam tuam, quãsumus Dõmine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnatiõnem cognouimus; per passionem eius & crucem, ad resurrectionis glõriã perducãmur. Per eundem Dominum.

**ANATI VITATE VSQVE ad purificationem.**

**Introitus.**

**VLTVM TV-**

deprecabũtur om-

nites plebis: ad-

ducuntur regi vîrgi-

nes post eam: próxi-

mã eius adducuntur ti-

xultatione. **Psalm.**

Eructãuit cor meum verbum bonum dico ego ópera mea regi. **Ps.** Glõria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quãsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiãmus: per quam meruimus auctõrem vitæ suscipere, Dõminum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Titum.**

**C**harissime: Appãruit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regeneratiõnis & renouatiõnis spiritus sancti, quẽ effudit in nos abundẽ per Iesum Christum saluatõrem nostrum vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secũdum spem vitæ æternæ. In Christo Iesu Dõmino nostro.

**Graduale.** Speciosus forma præfilijs hominum: diffusa est gratia, in labijs tuis. **Ps.** Eructãuit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. **Ps.** Alleluia, alleluia.

Post partum vîrgo inuiolãta permansisti: Dei genetrix intercede pro nobis, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**  
Gaude Maria **in sequenti**  
**Missã.**

**Sequẽntia sancti elij secũdum**

**CAP. 2.** **I**n illo tempore: Pastores loquebantur ad invicem. Transeamus usque; Bethlehém: & videamus hoc verbum quod factum est: quod fecit Dominus & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inveniunt Mariam & Ioseph: & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc: Et omnes qui audierunt, mirati sunt: & de his: quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Et reversi sunt Pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant: sicut dictum est ad illos.

**Offertorium.** Felix namque; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster.

**Secreta.**

**M**uneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque; susceptis & cælestibus nos mundâ mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portaverunt æterni patris filium.

**Postcommunio.**

**H**æc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Dei genitrice Maria: cælestis remedij faciat esse consortes. Per eundem Dominum.

**APVR**

**TIONE**

na.



**S**alve sancta Parens, enixa puerpera regem: qui cælum, terramque; regit in sæcula sæculorum. **Psalm.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Gloria.**

**Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus, Dñe Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatae Mariæ semper virginis intercessione, à presenti liberari tristitia & æterna perfrui lætitia. Per Dñm.

**Lectio libri Sapientiæ.**

**A**binatio & ante sæcula creata sum: & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi: & in Hierusalé potesta mea. Et radicavi in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illi & in plenitudine factorum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inventa es mater salvatoris. **Virgo Dei genitrix quem totus non**

abussit viscera fa

Vi

nem genuit: pacem Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**G**audere Maria virgo, sanctas hæreses sola interemisti. Quæ Gabrielis archangeli dictis credidisti. Dum virgo Deum & hominẽ genuisti: & post partum virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis.

**Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Loquente Iesus ad turbas. Extolens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suscipisti. At ille dixit. Quin immo beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud:

**Offertorium.** Felix namq; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster. **Secreta.**

**T**ua Dñe propitiatiõne & beatæ Mariæ semper virginis intercessiõne: ad perpẽtuã atque præsentem oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dominum,

**Comunio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris ium. **Postcommunio.**

Vmptis, Domine, salutis nostræ subsidijs, da, quæsumus, beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs nos ubique protegi, in cuius veneratiõne obtulimus maiestati. Per Dominum nostrum Iesum



**A L V E S A N** Seduli  
Sta parens, enixa pu-  
erpera regem: qui cæ-  
lum, terramque re-  
git in sæcula sæculõ-  
rum, alleluia. **Psalm.** **Pf. 44.**

Eruclauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Gloria.**

**Oratio.**

**C**oncède nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpẽtua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessiõne, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitiã. Per Dominum nostrum.

**Lectio libri Sapientiæ.**

**A**binicio & ante sæcula creata sum: & usque ad futurum sæculũ non desinam: & in habitatiõne sancta, coram ipso ministrãui. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & Hierusalẽm potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctõrum detentio mea. **Ec. 24.**

**Alleluia, alleluia. ver.** Virga Iesse floruit: virgo Deũ & hominem genuit: pacem Deus reddidit: in se reconcilians ima summis, alleluia. **Ant.** Ave Maria, Lægratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia. **Nu. 17.**

**Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.**

**I**n illo tempore: Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius & mater eius Maria Cleopha, &

Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum statem quem diligebat, dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

**Offertorium.** Beata es virgo Maria, quæ omniũ portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo, alleluia. **Secreta.**

**T** Va, Dñe, propitiatiõne, & beate Mariæ semper virginis intercessiõne: ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dõminum.

**Cõmunio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium, alleluia. **Postcõmunio.**

**S** Vmptis Dñe salutis nostræ subsidijs: da, quæsumus, beate Mariæ semper virginis patrocinij nos ubiq; protegi: in cuius veneratiõne, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dõminum.

**CAPENTECOSTE SQUE**  
ad Auentum. **Introitus.**

Sedu-  
lius.



**S** ANCTA parens, enixa puerpera regem qui celum, terramq; regit in sæcula sæculõrum.

**Ps. 44.** **Psalm.** Erudauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Vers.** Glõria patri.

**Oratio.**

**C** ONCÈDE nos famulos tuos, quæsumus, Dõmine Deus, perpetu metis & corporis sanitatẽ gaudere: & gloriosa beate Mariæ seper virginis intercessiõne, à præsentẽ liberari tristi-  
tia, & æterna perfrui lætitiã. Per.

**Lectio libri Sapientia.**

**A** B initio & ante sæcula creata sũ & vsque ad futurum sæculũ non desinat: & in habitatiõne sancta coram ipso: ministrãui. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalẽm potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. **V.** Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

**A** lleluia, alleluia. **V.** Post partum virgo inuolata permansisti: Dei genitrix intercède pro nobis, alleluia.

**Sequentia sancti euangeli-  
secundum Lucam.**

**I** N illo tempore: Loquente Iesu turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus qui te portauit: & vbera quæ  
At ille dixit. Quinimo be-  
diunt illõrum Dei & custo-

plena, Dõmini  
in m'



**Missa pro quacunque necessitate.**

ventris tui.

**Secreta.**

**T**Va, Dómine, propitiatióne, & beatæ Mariæ semper vîrginis intercessiõne, ad perpétuam atque præsenté hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum.

**Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni patris filium.

**Postcommunio.**

**S**umptis, Dómine, salutis nostræ subsidijs da, quæsumus, beatæ Mariæ semper vîrginis patrocinijs nos ubique protégi: in cuius veneratiõne, hæc tuæ obtulim maiestati. Per dñm.

**Alia missæ votiuz pro diuersis rebus quacunque die dici possunt, nisi fuerit Dominica, vel officiũ duplex, quæ tamen Passim non dicantur, nisi vrgenti de causa: vt supra dictum est de alij missis votiujs.**

**MISSA PRO QVACVNVQUE NECESSITATE. Introitus.**



Alus pópuli ego sum dicit Dóminus: de quacunq, tribulatiõne clamauerint ad me exáudiam eos: & ero dñm Dóminus in perpétuum.

**Psalm.** Atténdite pópule meus legem meam. Inclináte aurem vestram in verba oris mei. **¶** Glória.

**Oratio.**

Misericórdiam tuã Dómine ostende: vt si quis te exuas, misericórdiam tuã ostendat: vt si quis te contempserit, eris ei in salutem.

**S**I iniquitâtes nostræ conténderint contra nos: Dómine fac propter nomen tuum: quóniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus, expectatio Israël, saluátor eius in tempore tribulatiõnis. Tu autem in nobis es Dómine, & nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, Dómine Deus noster.

**Graduale.** Liberásti nos Dómine ex affligéntibus nos: & eos qui nos oderunt, confudisti. **¶** In Deo laudábitur rota die, & nómini tuo cófitebimur in sæcula.

**A**lleluia, alleluia. **¶** Propítius esto Dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est Deus eórum? alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omisso ad Vers. Alleluia. additur sequens. Vers.** Exultábo, & lætabor in misericórdia tua: quoniam respexisti humilitatem meam: saluásti de necessitatibus animam meam, alleluia.

**Post Sp. euangeliam, Tractus.**

**D**e necessitatibus meis eripe me Dómine: vide humilitatem meam, & laboré meum: & dimitte ómnia peccata mea. **Vers.** Ad te Dñe leuáui animam meam: Dei meus te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei. **¶** E enim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

**Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.**

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidem Dei. Amen dico vobis, qui quicunq, dixerit huic

monti, Tollere, & mittere in mare, & non haesitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euentient vobis.

**Offertorium.** Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super iram inimicorum meorum extendes manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. **Secreta.**

**P**urificet nos, Domine, quae sumus muneris praesentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti: haec me consolata est in humilitate mea. **Postcommunio.**

**P**raesta quae sumus Domine: ut terrenis effectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per Dominum.

## MISSA PRO PECCATIS.

### Introitus.



Sap. 11

Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quae fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, & parcens illis, quia tu es Dominus Deus noster.

Ps. 56

**Psal.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. **Glória.** **Oratio.**

**E**xaudi, quae sumus, Domine, supplicium preces, & confitentium tibi parce peccata: ut pariter nobis indul-

gentiam tribuas benignus & pacem. Per.

### Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Romanos.

**F**ratres: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in legi peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

**Graduale.** Propitius esto Domine peccatis nostris, ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum? **Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui: Domine, libera nos.**

**A**lleluia, alleluia. **Deus iudex iustus fortis, & patiens: nunquid irascetur per singulos dies, alleluia.**

**Tempore Paschali, Graduali omisso ad Vers. cum Alleluia. additur sequens.** **Auditui meo dabis gaudium & letitiam, & exultabunt ossa humiliata, alleluia.**

### Post Septuagesimam, Tractus.

**D**e profundis clamavi ad te Domine Domine exaudi vocem meam. **Vers.** Fiant aures tuae intendentes in oratione serui tui. **Vers.** Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?

### Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Petite, & dabitur vobis: quae rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, acci-

pit: & qui quærit inuenit, & pulsanti aperiêtur. Quis autem ex vobis patre petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid serpentem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de caelo, dabit spiritum bonum petentibus se?

**Offertorium.** Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, placationis & laudis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absolvas & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

**Communio.** Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperiêtur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperiêtur, alleluia.

**Postcommunio.**

**P**resta nobis æternæ saluator: ut percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum.

**MISSA PRO ELIGENDO Summo Pontifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto, vel ut sequitur.**

**Introitus.**



Uscitabo mihi sacerdotem fidèlem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & edificabo ei domum fidèlem, & ambulabit coram Christo

meo cunctis diebus? **Psalmus.**

Ps. 132

Memènto Domine David, & omnis mansuetudinis eius. **Gloria patri & filio.**

**Oratio.**

**S**upplici, Domine, humilitate deposcimus: ut sacro sanctæ Romanæ ecclésiæ cõcedat pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriã tui nominis reuerendus. Per Dominum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Hebræos**

**F**ratrès: Adeamus cum fiducia ad <sup>cad. 4.</sup> thronum gratiæ eius: ut misericordiã <sup>& 5.</sup> consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum & pro populo, ita & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternũ, secundum ordinẽ Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesq; ad eum, qui possit eũ saluum facere à morte, cum clamore valido &

lachrymis offerens, exauditus est pro  
sui reuerentia.

**Graduale.** P̄ontifex sacerdos mag-  
nus, inter fratres suos, super cuius  
caput fustum est vnctiōnis oleum, &  
cuius manus in sacerdotio consecra-  
tæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus  
debit pro omnia fratribus similari.

**Luc. 21.** **Verf.** Vt misericors fierit & fidelis p̄-  
tífex ad Deum, vt repropitiaret debi-  
ta p̄puli. **Alleluia, alleluia.** Sac̄er-  
dos sit sanctus, sicut ego sum D̄omi-  
nus, qui sanctifico vos, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omif-  
so ad V. cum Alleluia additur sequēs**

**Ioā. 10.** Ego sum pastor bonus: & cognōf-  
co oues meas, & cognōscūt me meæ,  
**Alleluia.**

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**Pf. 133.** **S**urge D̄omine in requiem tuam, tu  
& arca sanctificatiōnis tuæ. Sac̄er-  
dotes tui induant iustitiam, & san-  
cti tui exultatiōne exultabunt. Pro-  
pter Dauid seruum tuum non auer-  
tas faciem Christi tui.

**Sequentia sancti euangēlij  
secūndum Ioannem.**

**Ca. 14.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipu-  
lis suis. Si diligitis me, mandata  
mea seruāte. Et ego rogābo patrē, &  
aliū parāclitū dabit vobis, vt maneat  
vobiscum in ætēnum, spiritū veritā-  
tis, quem mundus non potest accipe-  
re, quia nō videt eū, nec scit eum. Vos  
autem cognoscētis eum: quia apud  
vos manēbit, & in vobis erit. Non re-  
linquam vos orphanos: veniā ad vos.  
Adhuc modicum: & mūdus iam me

non videt. Vos autem videbitis me,  
quia ego viuo, & vos viuētis.

**Offertorium.** Non participētur  
sancta, donec exurgat pontifex in o-  
stensiōne, & veritate. **Secreta.**

**T**Væ nobis, D̄omine, abūdantia  
pietatis indulgeat: vt per sacra-  
mūnera quæ tibi reuerēter offerimus  
gratum maiestati tuæ pontificem san-  
ctæ matris ecclēsiæ regimini præesse  
gaudeāmus. Per D̄ominum

**Cōmunio.** Veste sancta vtētur ponti-  
fex, qui fuerit cōstitūtus, & qui ingre-  
diētur tabernaculū testimōnij, vt mi-  
nistret in sanctuaria. **Postcōmunio.**

**P**retiosi corporis & sanguinis tui  
nos, D̄omine, sacramento refe-  
ctos, mirifica tuæ grātia maiestatis de-  
illius summi p̄tíficis confessiōne læ-  
tificet: qui & plebem tuam virtutibus  
instruat, & fidelium mentes spirituā-  
lium arōmatū odōre perfūdat. Qui  
viuis & regnas.

**In die creationis & coronationis  
Papæ, & eiusdē diei anniuersario, dici-  
tur Missa vt in Cathedra beati Petri.  
cum oratione. Deus omnium fideliū.  
omissis orationibus SS. Petri & Pauli**

**In anniuersario creationis Episco-  
pi dicitur sequens Missa. Introitus.  
Sacerdotes tui. de communi confess.  
pont. fol. 20. omissa oratione festi, cu-  
ius loco dicitur oratio. Deus omnium f̄  
deliū. sicut pro Papa, & vbi dicitur  
Ecclēsiæ tuæ præesse voluisti. No-  
minet ecclesiam cui præest, dicens,  
Ecclēsiæ N. vel huic præesse voluisti.  
Epistola dicitur. Omnis p̄ntifex**

de communi confess. pont. fol. 21. & Euangelium. Videte, vigilate, & orate de eodem communi. fol. 22.

**MISSA AD TOLLENDUM Schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesie.**

**Introitus.**



**S**ALVOS NOS fac, Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus: ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

**Psalmus.** Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. **V.** Gloria patri & filio. **Oratio.**

**D**Eus qui errata corrigis, & dispersa congregas, & congregata conseruas: quaesumus: super populum Christianum tuae unionis gratiam clementer infunde: ut diuisione reiecta, vero pastore ecclesie tuae se uniens: tibi dignè valeat famulari. Per Dominum.

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Ephesios.**

**F**RATRES: Obsecro vos, ut dignè ambulètis vocatione qua vocati estis, cum omni humiliatè & mansuetudine, cū patientia, supportantes inuicè in charitatè: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnū corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Vnus Dñs, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus no-

bis. Vnicuique autem nostrū data est gratia secundum mensuram donationis Christi: donec occurrāmus omnes in vnitatē fidei & agnitionis filij Dei in virū perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iā non simus paruuli, fluctuantes, & circumferāmur omni vëto doctrinæ in nequitia hominū, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatē autem facientes in charitatē, crescāmus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totū corp⁹ cōpactum & connexū per omnē iuncturā subministratiōnis, secundū operationē in mensuram vniuscuiusque membri, augmentū corporis facit in ædificatiōnem sui in charitatē. Hoc igitur dico & testificor in Dño: ut iā non ambulētis sicut & gentes ambulāt in vanitatē sensus sui: tenebris obscuratū habentes intellectū, alienati à vita Dei per ignorantiā, quæ est in illis propter cæcitatē cordis ipsorū. Qui desperates, semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationē immuditie omnis in auaritiā. Nos autē non ita didicistis Christū: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Iesu Domino nostro.

**Graduale.** Rogate quæ ad pacem **Ps. 122.** sunt Hierusalēm: & abundantia diligentibus te. **V.** Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. **A**lleluia alleluia. **V.** Lauda Hierusalēm Dñm, lauda Deum tuum Sion, alleluia. **174**

**Tempore Paschali, Graduale omisso ad. V. cum Alleluia. additur sequens V.** Qui posuit fines tuos pacem

& adipe frumenti satiat te alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus**

**Ps. 57.** Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. **Ps.** Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. **Ps.** Ibi confrégit poténtias, arcum, scutam, gladium, & bellum.

**Sequéntia sancti euangelij  
secúndum Ioannem.**

**Ca. 17.** In illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit. Pater sancte, serua eos in nómine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cum essem cū eis, ego seruábam eos in nómine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periiit, nisi filius perditionis, vt scriptúra impletetur. Nunc autem ad te vénio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gáudium meum implétum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuū: & mūdus eos ódio hábuit, quia non sunt de mūdo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo eius, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Nō pro eis autem rogo tátum, sed & pro eis qui crediúri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnū sint, vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint v-

num, & sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum.

**Offertorium.** Det vobis Deus id ipsum sapere in alterutrum: vt vnanimés vno ore honorificétis Deum nostrum.

**Secreta.**

**M**Vnera hæc pro vnióne pópuli Christiani tibi, Dñe oblata sanctifica: per quæ vnitátis & pacis in ecclesia tua nobis dóna concède. Per.

**Communio.** Vnus panis & vnū corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno cálice participámus.

**Postcommunio.**

**H**æc tua, Dómine, sumpta sacrammúnio, sicut fidelium in te vniónem præsignat: sic in tua ecclesia vnitátis, quæsumus, operetur effectū. Per Dóminum nostrum Iesum.

**MISSA CONTRA Paganos. Introitus.**



**E**Xúrge, quare obdormis Dómine? exúrge, & ne repéllas in finem: quare faciem tuam auértis? obliuisceris tribulatióem nostram: adhæsit in terra venter noster: exúrge Dómine adiua nos, & libera nos.

**Psalm.** Deus auribus nostris audiuius: patres nostri annunciauerunt nobis. **Ps.** Glória patri.

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt ómnium potestates, & ómnium iura regnórū, respice in auxiliū Christianórū: vt gentes pa-

paganorum quæ in sua feritate confidunt, dextera tua potentia conterantur. Per Dominum.

**Epistola.** In diebus illis. Oravit Mardocheus ad Dominum, dicens, in Feria iiii. post secundam Dominicam xl. fol. 89.

**Graduale.** Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu solus altissimus super omnem terram. **V.** Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Excita, Domine, potentiam tuam, & veni: ut saluos facias nos, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduale omisso ad v. cum Alleluia additur sequens.** **V.** Deus virtutum conuertere, respice de caelo, & vide, & visita vineam istam: & perfice eam quam plantauit dextera tua, alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.** **A**diuuā nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. **V.** Ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat coram oculis nostris. **V.** Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est, intrēt in conspectu tuo gemitus compeditorum.

**Euangelium.** Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad. **ut in Rogationibus.** fol. 19.

**Offertorium.** Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus praeter te Domine. **Secreta,**

**S**acrificium, Domine, quod immolamus intende: ut propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, & in tuae protectionis securitate constituas. Per Dominum.

**Communio.** In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speravi: quando facies de persecutoribus me iudicium? iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus.

**Postcommunio.**

**P**rotector noster aspice Deus, & propugnatores tuos a paganorum defende periculis: ut ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per Dominum.

**MISSA TEMPORIS**

**Belli. Introitus.**



**R**eminiſcere miſerationum tuarum, Domine, & miſericordiae tuae quae a ſaeculo ſunt: ne vnquam dominentur nobis inimici noſtri, libera nos Deus Iſraël ex omnibus anguſtijs noſtris. **Psalmus.** Ad te Do-

mine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

**V.** Gloria patri. **Oratio.**

**D**eus qui conteris bella, & impugnatōres in te ſperantium potentia tuae deſenſionis expūgnas: auxiliare famulis tuis implorantibus miſericordiam tuam, ut omnium inimicorum ſuorum feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum.

**Lectio Hieremiae prophetae.**

Cap 24. **I**N diebus illis: Accesserunt omnes principes bellatorum; dixeruntque ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad Dominum Deum tuum. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, Vocauitque Iohanam filium Cerææ, & omnes principes bellatorum, & uniuersum populum à minimo usque ad magnum. Et dixit ad eos. Hæc dicit Dominus Deus Israël, ad quem misisti me, ut prosternerem preces vestras in conspectu eius, Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam: plantabo, & non euellam. Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babilonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuerere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, ut saluos vos faciam: & eruam de manu eius. Et dabo vos misericordias, & miserabor vestri & habitare vos faciam in terra vestra. Dicit Dominus omnipotens.

Ps 176. **Graduale.** Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. **℟.** Liberaisti in brachio tuo populum tuum, filios Israël & Ioseph.

Ps 58. **A**lleluia, alleluia. **℟.** Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omisso ad ℟. cum Alleluia additur sequens**

**℟.** Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo manum misericordiam tuam, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

**D**omine, non secundum peccata nostrarum fecimus nos: neque secundum iniquitatem nostras, retribuas nobis, **℟.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiam tuam, quia pauperes facti sumus nimis. **℟.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quando hæc erant? & quod signum aduentus tui & consummationis sæculi? Et respondens Iesus dixit illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego sum Christus: & multos seducet. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne conturbemini. Oportet enim hæc fieri: sed non dum est finis. Consurget enim gens in gentem: & regnum in regnum: & erunt pestilentia, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

**Offertorium.** Populum humilem saluum facies, Domine, & oculus superborum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Dñe? **Secreta.**

**S**acrificium, Domine, quod immolamus, intende placatus: ut ab omnibus nos, eruat bellorum nequitijs, & in tuæ protectionis securitate constituas. Per Dominum.



**Cōmunio.** Inclina aurem tuam ac-  
célera, vt érvas nos. **Postcōmunio.**

**D**eus regnórum ómniū, regúm  
q̄; dominator: qui nos & percu-  
tiendo sanas, & ignoscendo conser-  
uas: prætēde nobis misericórdiam  
tuam: vt tranquillitāte pacis tua pote-  
stāte seruata, ad remédia correctiōnis  
vtāmur. Per Dóminum.

### MISSA PRO PACE.

#### Introitus.



A pacem Dómine su-  
stinētibus te, vt pro-  
phétæ tui fideles in-  
ueniantur: exaudi pre-  
ces serui tui, & plebis

tuæ Israēl. **Psalmus.** Latātus sum  
in his quæ dicta sunt mihi in domum  
Dómini ibimus. **¶** Glória patri &

#### Oratio.

**D**eus à quo sancta desideria, recta  
consilia, & iusta sunt ópera: da  
seruis tuis illam quam mundus dare  
non potest pacē: vt & corda nostra má-  
datis tuis dedita: & hōstiusa sublata  
formidine, tempora sint tua protectiō  
te tranquilla. Per Dóminum.

#### Lectio libri Machabæorum.

**I**n diēbus illis. Oratiōnem faciēbāt  
sacerdōtes, dum offerrent sacrificiū  
pro populo Israēl Ionatha inchoante  
cæteris autem respondētibus, & di-  
centibus. Benefaciat vobis Deus: &  
meminerit testamenti sui, quod ad A-  
braham, Isaac, & Iacòb locutus est, ser-  
uórum suórum fidélium: & det vobis  
cor ómnibus, vt colātis eum, & faciā-  
tis eius voluntātem. Adaperiat cor ve-

strum in lege sua, & in præceptis suis:  
& faciat pacem. Exaudiat oratiōnes  
vestras, & reconciliētur vobis: nec  
vos deserat in tēpore malo Dómi-  
nus Deus noster.

**Graduale.** Rogāte quæ ad pacem **Ps. 121,**  
sunt Hierusalém, & abundantia dili-  
gētibus te. **¶** Fiat pax in virtute tua  
& abundantia in túrribus tuis. **Alle-** **Ps. 147,**  
luia, alleluia. **¶** Lauda Hierusalém  
Dñm: lauda Deum tuū Sion, alleluia.

**Tempore Paschali Graduale omissio**  
**ad. ¶. cum, Alleluia additur sequens**  
**¶** Qui pōsuit fines tuos pacem: & adi **Ps. 79,**  
pe frumēti satiat te, alleluia.

#### Post Septuagesimam, Tractus.

**N**otus in Iudæa Deus, in Israēl ma-  
gnum nomen eius. **¶** Et factus est in  
pace locus eius: & habitatio eius in  
Sion. **¶** Ibi confrēgit potēntias: ar-  
cum, scutum, gladium, & bellum.

#### Sequentia sancti euangēlij secūndum Ioānnem.

**I**n illo tēpore. Cū sero esset die  
illo, vna sabbatōrum, & fores essent **Capitō**  
clausæ, vbi erant discipuli congregati  
propter metū Iudæorū: venit Iesus, &  
stetit in medio, & dicit eis. Pax vobis.  
Et cū hoc dixisset, ostēdit eis ma-  
nus & latus. Gauisi sunt ergo discipu-  
li viso Dño Dixit ergo eis iterū. Pax  
vobis. Sicut misit me pater, & ego  
mitto vos. Hæc cū dixisset, insufflauit:  
& dixit eis. Accipite spiritū sanctum.  
Quorū remisēritis peccata, remittun-  
tur eis: & quorū retinueritis, reten-  
ta sunt.

#### Offertorium.

**L**audāte Dóminum, quia benignus **Ps. 118,**  
est:

est: psallite nōmini eius, quōniam sua  
ne est: omnia quæcūque voluit, fecit  
in celo & in terra. **Secrera.**

**D**Eus, qui credentes in te populos  
nullis finis cōcuti terrōribus:  
dignāte preces & hōstias dicatæ tibi  
plebis suscipere: vt pax à tua pietate  
concessa, Christianōrū fines ab omni  
hoste faciat esse secūros. Per Dñm.

**Comunio.** Pacem meā do vobis pa  
cē meā relinquo vobis. **Postcōm.**

**D**Eus auctor pacis & amātor: quē  
nosse, viuere: cui seruire, regnā  
re est: prōtege ab omnibus impugna  
tionibus supplices tuos: vt qui in defen  
sione tua confidimus, nullius hostili  
tatis arma timeāmus. Per Dōminum.

**MISSA PRO VITANDA  
mortalitate. Introitus.**

Reg  
4.



Recordare Dō  
mine testamē  
ti tui, & dic  
āngelo percu  
riēti, cesset iā  
manus tua, &  
nō desolētur

terra, & ne perdas omnē animam vi  
uentem **Psalm.** Qui regis Israēl, in  
tēde qui dedūcis velut ouem, Ioseph.

**Gloria patri. Oratio.**

**D**Eus, qui nō mortem, sed pœni  
tēntiam desideras peccatōrum:  
populū tuū ad te reuertētē propitius  
rēspice: vt dum tibi deuōtus existit, ira  
cūdiæ tuæ flegella ab eo amoueas. Per.

**Lectio libri Regum.**

**Re 2** **I**N diēbus illis: Immisit Dōminus  
pestilentiam in Israēl de manē vsq;

ad tēpus constitūtum: & mōrtui sunt  
ex pōpulo, à Dan vsq; Bersabée, sep  
tuaginta millia virōrum. Cumque ex  
tendisset manum suam āngelus Dō  
mini super Hierusalem vt disperderet  
eam: misertus est Dōminus super affli  
ctiōnē pōpuli sui, & ait āngelo percu  
tienti. Sūfficit nūc. Cōtine manū tuā  
Erat autē āngelus Dōmini iuxta arēā  
Areuna Iebusæi. Dixitque David ad  
Dñm: cūm vidisset āngelū cædentem  
pōpulū. Ego sum quī peccāui: ego quī  
iniquē egi. Isti oues sunt, quid fece  
runt? Vertatur, obsecro, man⁹ tua cō  
tra me: & contra domū patris mei. Ve  
nit autem Gad propheta ad David in  
die illa, & dixit ei. Ascēde, & cōstitue  
altāre Dño in ārea Areuna Iebusæi. Et  
ascendit David, iuxta sermōnē Gad,  
quem præcēperat ei Dñs. Et propitiā  
tus est Dñs terræ, & cohibita est plaga  
ab Israēl. **Graduale.**

Misit Dōminus verbum suum, & sa  
nauit eos: & eripuit eos de morte eōrū  
**Ps.** Confiteantur Dōmino misericōr  
diæ ei⁹, & mirabilia ei⁹ filijs hōminum  
**Alleluia, alleluia. Ps.** Saluum me fac  
Deus, quōniam intrauerunt aquæ vs  
que ad animam meam, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduali omis  
so ad Ps. cum Alleluia additur sequēs  
Ps.** Saluābo pōpulum meum Israēl in  
die malo: & ero eis in Deum, in veri  
tate & iustitia, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Dōmine, non secūndum peccāta no  
stra quæ fecimus nos: neque secūndū  
iniquitates nostras retribuas nobis.

8. **Ps.** Dómine ne memíneris iniquitá-  
tum nostrárum antiquárum: citó an-  
ticipent nos misericórdiæ tuæ, quia  
páuperes facti sumus nimis. **Ps.** Adu-  
ua nos Deus salutáris noster: & prop-  
ter glóriam nóminis tuí, Dómine, lí-  
bera nos, & propítius esto peccáti no-  
stris propter nomen tuum.

**Euangelium.** Surgens Iesus desy-  
nagóga, introiuit in domum Simó-  
nis. **In Feria v. iij. Dominicae Qua-**  
**dragesi. fol. 104.**

6. **Offertorium.** Stetit pón-tifex inter  
mórtuos & viuos, habens thuribulum  
aúreum in manu sua, & offerens incen-  
si sacrificiú: placáuit iram Dei, & ces-  
savit quassario à Dño. **Secreta.**

**S**ubueniat nobis, Dómine, sacrifi-  
cij præsentis oblatio, quæ nos &  
ab erroribus vniuersis potenter absol-  
uat, & à totius erípiat perditionis in-  
cursu. Per Dñm. **Communio.**

**M**ultitúdo languentiú, & qui vexabá-  
tur à spiritibus immúndis, veniébant  
ad eú: quia virtus de illo exibat, & sa-  
nábat omnes. **Postcommunio.**

**E**xaudi nos, Deus salutáris noster  
& populum tuú ab iracúndiæ tuæ  
terroribus liberum misericórdiæ tuæ  
fac largitate secúrum. Per Dñm.

### MISSA PRO INFIRMIS.

#### Introitus.



**E**xaudi Deus oratió-  
nem meam, & ne des-  
péxeris deprecationé  
meam: inténde in me,  
& exaudi me. **Psalm.**

Contristatus sum in exercitatióne

mea: & conturbátus sum à voce iní-  
mici, & à tribulatióne peccatóris. **Ps.**

Glória patri.

#### Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
salus ætérna credéntium, exáu-  
di nos pro famulis tuis infirmis, pro  
quibus misericórdiæ tuæ implorám⁹  
auxílium: vt reddita sibi sanitáte, gra-  
tiárum tibi in ecclésia tua referant a-  
ctiões. Per Dóminum nostrum.

#### Lectio epistolæ beati Iacóbi apóstoli.

**F**ratres: Tristátur aliquis vestrum? **Cap. 5.**  
oret. Æquo ánimo est? psallat. In-  
firmátur quis in vobis? inducat pres-  
byteros ecclésia, & orent super eum  
vngétes eum óleo in nómine Dómi-  
ni. Et oratio fidei saluábit infirmum,  
& alleuiábit eú Dóminus: & si in pec-  
cáti fuerit, dimitténtur ei. Cónfitemi-  
ni ergo alterútrum peccáta vestra: &  
orate pro inuicem vt saluémini.

**Graduale.** Miserére mei, Dómi-<sup>Ps. 6.</sup>  
ne, quóniam infirmus sum: sana me  
Dómine. **Ps.** Conturbáta sunt ómnia  
ossa mea, & ánima mea turbáta est  
valde. **Alleluia, alleluia.** **Ps. 102.** Dómine  
exaudi oratió-nem meam: & clamor  
meus ad te veniat, alleluia.

**Versus tempore Fatchali, & Tractus**  
**Post Septuagesimam, vt suprà in Mis-**  
**sa tempore belli. vel Ego autem can-**  
**tábo. &c. fol. 59. Euangelium.** Cúm  
introisset Iesus Capharnaum. **vt in**  
**Feria v. post diem cinerum. fol. 55.**

**Offertoriú.** Exaudi Deus oratió-né <sup>Ps. 54.</sup>  
meam, & ne despéxeris deprecationé  
meam: inténde in me, & exaudi me.

**Secre-**

## Secreta.

**D**Eus, sub cuius nūtibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hóstias famulôrum tuorū: pro quibus a grotantib<sup>9</sup> misericórdiam tuâ imploramus: vt de quorū periculo metuímus, de eorū salute lætemur. Per.

## Communio.

Illúmina faciem tuam super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericórdia Dómine: non confundar, quóniam inuocaui te.

## Postcommunio.

**D**Eus infirmitátis humanæ singulare præsidium: auxiliij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt ope misericórdiæ tuæ adiuti, ecclesiæ tuæ sanctæ incólumes representari mereántur. Per Dóminum.

**MISSA PRO SPONSO ET Sponfa.**

## Introitus.

Ps. 127.



Eus Israël coiūgat vos: & ipse sit vobiscū, qui misert<sup>9</sup> est duobus vnícis: & nunc, Dñe, fac eos plén<sup>9</sup> benedicere te.

**Psalm.** Beati omnes qui timeant Dóminum: qui ambulāt in vijs eius. **Glória patri.**

## Oratio.

**D**Eus, qui tam excellenti mysterio, coniugalem cōpulam cōsecrasti, vt Christi & ecclesiæ sacramentum præsignares in foedere nuptiarū: præsta quæsumus: vt quod nostro ministratur officio: tua benedictiōne potius impleatur. Per eundem Dóminum nostrum Iesum.

## Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephésios.

**F**Ratres: Mulieres viris suis subditæ estis, sicut Dómino: quoniam vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesiæ subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in ómnibus. Viri, diligite vxóres vestras, sicut & Christus diléxit ecclesiám, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificáret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriósam ecclesiám, non habentem máculam, aut rugam, aut aliquid huiúsmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxóres suas vt cōpora sua. Qui suam vxórem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnē suam odio hábuit: sed nutrit & fouet eá, sicut & Christus ecclesiám. Qui membra sumus corporis eius de carne eius & de óssibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrem & matrem suam: & adhærebit vxóri suæ. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesiá. Veruntamen & vos singuli, vnusquisque vxórem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum.

**Graduale.** Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. **Filiij tui sicut nouellæ oliuæ in circuitu mensæ tuæ.** **Alleluia alleluia.** Mittat vobis Dóminus auxilium de sancto: & de Sion tueátur vos, alleluia.

**Tempore Paschali, Graduale omisso.**

27. **ad V. cum alleluia additur sequēs. V.**

Benedicat vobis Dóminus ex Sion, qui fecit cælum & terram, alleluia.

**Post Septuagesimam. Tractus.**

27. **E**cce sic benedicetur ómnis homo qui timet Dóminum. **V.** Benedicat tibi Dóminus ex Sion: & vídeas bona Hierusalém omnibus diébus vitę tuę **V.** Et vídeas filios filiórũ tuórum: pax super Israël.

**Sequentia sancti euangélj  
secúndum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei tentantes eum, & dicentes. Si licet hómini dimittere vxórem suam quacúnq; ex causa? Qui respondēs, ait eis. Non legistis, quia qui fecit hóminem ab initio, másculũ & foeminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrem & matrē & adhærēbit vxóri suę: & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniúnxit, homo non separet.

**Offertorium.** In te speraui Dómine: dixi tu es Deus meus: in manibus tuis tempora mea.

**Secreta.**

**S**uscipe, quęsumus, Dómine, pro sacra connúbij lege munus oblátum: & cuius largitor es múnieris, óperis esto dispositor. Per Dóminum.

**Dicto, Pater noster. Sacerdos antequam dicat Libera nos quęsumus Dómine. Stans in cornu Epistolę, versus sponsum & sponsam ante altare genuflexos, dicit super eos sequentem orationem.**

**Oremus.**

**P**ropitiare, Dómine, supplicatió- nibus nostris: & institútis tuis quibus propagatióem húmáni géneris ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctóre iúngitur, te auxiliante seruetur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum. **Oremus.**

**D**eus, qui potestáte virtútis tuę de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitátis exórdijs, hómini ad imaginé Dei factó, ideo in separabile mulieris adiutoriũ cōdedisti, vt foemineo corpore de virili dares carne principiũ, docēs quod ex vno placuisset institui, nunquam liceret disiúngi. Deus, qui tam excelléti mystério coniugálé cōpulam cōsecrasti: vt Christi & ecclesię Sacraméntum p̄signares in foedere nuptiarum. Deus, per quē mulier iúngitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictiōe donatur, quę sola nec per originális peccati pœnam, nec per dilúuij est oblata sententiã. Respice propitius super hęc famulam tuam, quę maritali iungenda consortio, tua se expetit protectiōne muniri. Sint ea iugũ dilectiōnis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarũ permāneat foeminarũ. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiēs, vt Rebēcca. Longæua & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctór prauaricatiōnis usurpet. Nexa fidei, mādatisq; permāneat vni thoro iuncta. Cōtactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatē suã róbore disciplinae. Sit verecūdia grauis: pudóre venerabilis, doctrinis cęlestib; eructa.

Sit

Sit fecunda in sobole, sit probata & innocens. Et ad beatorum requiem, atque ad caelestia regna perueniant. Et videant ambo filios filiorum suorum usque ad tertiam & quartam generationem: & ad optatam perueniant senectutem. Per Dominum nostrum.

*Tunc conuersus ad medium altaris, frangat hostiam more solito, & prosequatur Missam.*

*Communio.* Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum: & videas filios filiorum tuorum: pax super Israel. *Postcommunio.*

**Q**uæsumus, omnipotens Deus, instituta prouidentiae tuae pio fauore comitare: & quos legitima societate connectis, longæua pietate custodi. Per Dominum.

*Post* Ite missa est, *Sacerdos* antequam det benedictionem, conuersus ad sponsum & sponsam dicat.

**D**eus Abraham: Deus Isaac, & Deus Iacob sit uobiscum: & ipse adimpleat benedictionem suam in uobis: ut uideatis filios filiorum uestrorum usque ad tertiam & quartam generationem: & postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante Dño nostro Iesu Christo: qui cum patre & spiritu sancto, uiuit & regnat, Deus, per omnia sæcula sæculorum. *℞.* Amen.

*Moneat Sacerdos oratione graui, ut sibi metipsis seruent fidem: orationis tempore & præsertim ieiuniorum ac solennitatum, casti maneant: & uir uxorem, atque uxor uirum diligat: & in timore Dei permaneant. Postea*

*eos aspergat: & det benedictionem. & dicat, ut solitum est, euangelium sancti Iohannis. In principio erat uerbum.*

*ORATIONES, DICENDÆ in Missa ad libitum Sacerdotis cū iis quæ in proprijs Missis assignantur quando non est duplex.*

*Ad poscenda suffragia sanctorum.*

*Oratio.*

**C**oncède, quæsumus, omnipotens Deus: ut intercessio nos sanctæ Dei genitricis Mariæ sanctorumque omnium apostolorum martyrum, confessorum, atque uirginum, & omnium electorum tuorum, ubique lætificet: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiāmus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Secreta.*

**O**blatis, Dñe, placare muneribus & intercedentibus omnibus factis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**S**umpsimus, Dòmine, beatæ Mariæ semper uirginis, & omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes, sacramenta caelestia: præsta, quæsumus: ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequāmur. Per Dominum nostrum Iesum.

*Alia Oratio ut supra. Oratio.*

**A**cunctis nos, quæsumus, Dñe, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beatâ & gloriola semperq; uirgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N & omnibus san-

Etis: salutem nobis tribue benignus, & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secunda tibi seruiat libertate. Per Dñm.

*Secreta*

**E**Xaudi nos, Deus salutaris noster vt per huius sacramenti virtute, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro. Per Dñm.

*Postcommunio*

**M**undet & munit nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos. Per Dominum nostrum.

*Pro omni gradu Ecclesiae. Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur, & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratiae tuae munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum. in unitate eiusdem

*Secreta.*

**D**A famulis tuis, Domine, indulgentiam peccatorum, consolationem vitae, gubernationem perpetuam: vt tibi seruietes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereamur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**L**ibera, quaesumus, Domine, à peccatis & hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersione vi-

uentes, nullis afficiantur aduersis. Per Dominum nostrum.

*Pro Papa.**Oratio.*

**D**Eus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesiae tuae praesse voluisti propitius respice: da ei, quaesumus, verbo & exemplo quibus praest, proficere: vt ad vitam vnam cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dñm.

*Secreta.*

**O**blatis, quaesumus, Domine, placare munibus: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesiae tuae praesse voluisti, assidua protectione gubernare. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**H**aec nos, quaesumus, Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesiae tuae praesse voluisti, vnam cum commisso sibi grege saluet semper & munit. Per Dominum.

*Pro Imperatore.**Oratio.*

**D**Eus regnorum omnium, & Christiani maxime protector imperij: da seruo tuo Imperatori nostro N. triumphum virtutis tuae scienter excollere: vt qui tua constitutione est princeps tuo semper munere sit potens. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**S**uscipe, Domine, preces & hostias ecclesiae tuae pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fidelium populorum, antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis, secunda tibi seruiat Christiana libertas. Per Dominum nostrum.

Post

*Postcommunio.*

**D**Eus, qui ad prædicandam æterni regis euangélium, Románũ Impérium præparasti: prætende famulo tuo Imperatori nostro **N.** arma cælestia: vt pax ecclesiãrum nulla turbetur tempestãte bellõrum. Per Dñm.

*Pro Rege. Oratio.*

**Q**uæsumus, omnipotens Deus: vt famulus tuus **N.** rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiã omniũ percipiat incrementa: quibus decẽter ornatus, & vitiõrum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiosus valeat peruenire. Per Dñm.

*Secreta.*

**M**Vnera, quæsumus, Dõmine, oblata sanctifica: vt & nobis vni geniti tui cõrpus & sanguis fiant: & regi nostro ad obtinendam animæ corporisq; salutem: & ad peragendum in iunctum officium, te largiente, vsque quaque proficiant. Per eundem.

*Postcommunio.*

**H**æc, Dõmine, oblatio salutatis famulũ tuum **N.** regem nostrũ ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiasticę pacis obtineat tranquillitatem: & post istius temporis decursum, ad æternam perueniat hæreditatem. Per Dominum nostrum.

*Pro prælatis, & congregationibus. eis commissis. Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui facis mirabilia magna solus: prætende super famulos tuos, & super congregationes illis commissas, spi-

ritum gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi placeant perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dñm.

*Secreta.*

**H**ostias, Dõmine, famulõrũ tuõrum placatus intende: & quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per Dõminum.

*Postcommunio.*

**Q**vos cælesti recreas munere, perpetuo, Dõmine, comitare præsidio: & quos fouere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per Dõminum nostrum.

*Pro congregatione & familia.**Oratio.*

**D**efende, quæsumus, Dõmine, beata Maria semper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam: & toto corde tibi postulatam, ab hostium propitius tuere clementer infidijs. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**uscipe, quæsumus, clementer omnipotens Deus oblationem nostram deuotionis: & per virtutem huius sacramenti, famulos tuos à cunctis protege aduersitatibus. Per Dõminum.

*Postcommunio.*

**S**umptis redemptionis nostræ muneribus: præsta, quæsumus, omnipotens Deus, eõrum nobis celebratiõne tuæ protectiõnis contra omnes aduersitates subsidium. Per Dõminum.

*Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.*

**D**Eus largitor pacis & amator charitatis: da famulis tuis veram cõ-



tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quæ nos pulsant, tentationibus liberemur. Per Dominum.

*Secreta.*

**H**is sacrificijs, Domine, quæsumus, cõcedere placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**S**piritum nobis, Dñe, tuæ charitatis infunde: vt quos vno pane cælesti satiasti, tua facias pietate cõcordes, Per Dominum. in vnitãte eiusdem.

*Contra persecutores Ecclesiæ.**Oratio.*

**E**cclésiæ tuæ, quæsumus, Dñe, preces placatõ admittite: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis: secũra tibi seruiat libertate. Per dñm.

*Secreta.*

**P**rotege nos, Dñe, tuis mysterijs seruientes, vt diuinis rebus in hærentes, & corpore tibi famulæmur, & mente. Per Dñm. *Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dñm.

*Contra persecutores, & malè agentes**Oratio.*

**H**ostium nostrõrum, quæsumus, Dñe, elide superbiam: & eõrum contumaciã dextera tuã virtute prosterne. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**H**uius, Domine, virtute mysterij: & à proprijs mundemur occultis, & ab inimicõrum liberemur insi-

dijs. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**P**rotector noster, aspice, Deus: & ab inimicõrum nos defende periculis: vt omni perturbatione semota: liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum nostrum.

*Tempore belli. Oratio.*

**O**mnipotens & misericors Deus, à bellõrum nos, quæsumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta præstabis, si pacem dederis mentis & corporis. Per Dominum.

*Secreta.*

**S**acrificium, Domine, quod immolamus, placatus intende: vt & ab omni nos bellõrum eruat nequitia & in tuæ protectionis securitate constituat. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**S**acro sancti corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi refectiõne vegetati: supplices te rogamus omnipotens Deus: vt hoc remedio singulari, ab omniũ peccatõrũ nos contagione purifices: & à periculõrum minias incursiõne cunctõrũ. Per eundẽ.

*Pro quacunque necessitate, & re obtinenda. Oratio.*

**D**eus refugium nostrum & virtus: esto pijs ecclésiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**D**A misericors Deus: vt hæc salutaris oblatio, & à proprijs nos reatibus indefinenter expediat, & ab omni

omnibus tueatur aduersis. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**S**umpsimus, Domine, facti dona  
mysterij humiliter deprecantes:  
vt quæ in tui cõmemoratiõne nos fa-  
cere præcepisti, in nostræ proficiant  
infirmiãtis auxilium. Qui viuis & re.

**Pro quacunq; tribulatione.**

**Oratio.**

**N**e despicias, omnipotens Deus,  
põpulum tuum in afflictione cla-  
mantem: sed propter glõriam nõmi-  
nis tui, tribulãtis succurre placatus. Per.

**Secreta.**

**S**uscipe, Domine, propitius hosti-  
as quibus & te placari voluisti, &  
nobis salutem potenti pietate restitui.  
Per Dõminum nostrum.

**Postcommunio.**

**T**ribulationem nostram, quæsu-  
mus Domine, propitius respice  
& iram tuæ indignationis, quam ius-  
tè meremur, auerte. Per Dõminum.

**Tempore famis & pestis. Oratio.**

**D**a nobis, quæsumus, Domine,  
piæ supplicatiõnis effectum: &  
pestilentiam, famemque propitiatus  
auerte: vt mortaliũ corda cognõs-  
cant, & te indignante talia flagella pro-  
dire, & te miserante cessare. Per dñm.

**Secreta.**

**D**eus, qui humani generis vtrãq;  
substantiam, præsentium mune-  
rũ & alimento vegetas, & renouas sa-  
cramento: tribue quæsumus: vt eõrũ  
& corpõribus nostris subsidium non  
desit, & mentibus. Per Dõminum.

**Postcommunio.**

**G**ubernata, quæsumus, Domine, te-  
poralibus alimentis: quos dignã-  
ris æternis informare mysterijs. Per.  
Dõminum nostrum.

**Ad pluiam petendam. Oratio.**

**D**eus, quo viuimus, mouemur,  
& sumus: pluiam nobis tribue  
congruentem: vt præsentibus subsidi-  
js sufficienter adiuti, sempiterna fidu-  
cialius apetamus. Per Dõminum.

**Secreta.**

**O**blatis, quæsumus, Domine, pla-  
care muneribus: & opportõnũ  
nobis tribue pluuiæ sufficientis auxi-  
lium. Per Dõminum nostrum.

**Postcommunio.**

**D**a nobis, quæsumus, Domine,  
pluiam salutarem, & aridam  
terræ faciem fluentis cælestibus dig-  
nãter infunde. Per Dõminum.

**Ad serenitatem petendam.**

**Oratio.**

**A**d te nos, Dñe, clamantes ex au-  
di: & æris serenitatem nobis tri-  
bue supplicatibus: vt qui iustè pro pec-  
catis nostris affligimur, misericordia  
tuã præueniente, clementiam sentiã-  
mus. Per Dñm.

**Secreta.**

**P**ræueniat nos, quæsumus, Dñe,  
gratia tua semper & subsequatur  
& has oblationes quas pro peccatis no-  
stris nõmini tuo consecrandas deferi-  
mus, benignus assũme: vt per interces-  
sionem sanctõrum tuõrũ, cunctis no-  
bis proficiant ad salutem. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus omnipotens Deo cle-  
mentiam tuam: vt inundantiã

coercean imbrium, & hilaritatem vltus tui nobis imperire digneris. Per Dominum nostrum.

**Ad tempestates repellendas. Oratio**

**A** Domino tua, quaesumus, Domine spirituales nequitiae repellantur: & aerearum discadat malignitas tempestatum. Per Dominum.

**Secreta.**

**O**fferimus tibi Domine laudes & munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, & pro concedendis sepe supplicites deprecantes. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui nos & castigando sanas, & ignoscendo conseruas: presta supplicibus tuis: vt & tranquillitatibus huius optatae consolationis laetemur, & dono tuę pietatis semper vtamur. Per Dñm.

**Pro peste animalium. Oratio**

**D**eus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogamus: vt sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus non petire. Per Dominum nostrum.

**Secreta.**

**S**acrificijs, Domine, placatus oblatis, opem tuam nostris temporibus clementer impende. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**B**enedictionem tuam, Domine, populus fidelis accipiat: qua corpore salutentur & mente: & congruam tibi semper exhibeat seruitutem: & propitiationis tuae beneficia semper inueniat. Per Dominum.

**Pro remissione peccatorum**

**Oratio.**

**D**eus, qui nullum respicis, sed quantumuis peccantibus per penitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostrae: & illumina corda nostra: vt tua valeamus implere praecepta. Per Dñm.

**Secreta.**

**P**raesens sacrificium, Domine, quod tibi pro delictis nostris offerimus sit tibi munus acceptum, & tam viuētibz, quam defunctis proficiat ad salutem. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**E**xaudi preces familiae tuae omnipotens Deus: & presta: vt sancta haec, quae a te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per dñm.

**Pro petitione lachrymarum**

**Oratio.**

**O**mnipotens & mitissime Deus, qui sitiēti populo fontem viuēntis aquae de petra produxisti: educ de cordis nostris duritia cōpunctiōnis lachrymas: vt peccata nostra plāgere valeamus, remissionemq; peccatorum, te miserante, mereamur accipere. Per Dñm.

**Secreta.**

**H**anc oblationem, quaesumus, Domine Deus, quam tuae maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: & produc de oculis nostris lachrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia, valeant extingui. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**G**ratiam spiritus sancti, Domine Deus cordibus nostris clementer

ter infunde: quæ nos gemitibus lachrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorum: atque optatæ nobis te largiente, indulgentiæ præstet effectum. Per Dñm. in vnitatē eiusdem.

**Pro tribulatione peccatorum.****Oratio.**

**I**neffabilem misericordiam tuam nobis, Dōmine, clementer ostende vt simul nos & à peccatis omnibus exuas: & à poenis quas pro his meremur eripias. Per Dōminum.

**Secreta.**

**P**urificet nos, quæsumus, Dñe, munus præsentis oblatio: & dignos sacra participatiōe perficiat. Per Dōminum.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus Dñe: vt terrenis affectibus expiati: ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per Dñm.

**Pro deuotis amicis. Oratio.**

**D**eus, qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti: da famuli & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutē mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectiōe perficiat. Per Dñm. in vnitatē eiusdem.

**Secreta.**

**M**iserere, quæsumus, Dōmine, famulis & famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis offerimus maiestati: vt per hæc sancta, supernæ benedictiōnis gratiam obtineant, & gloriā æternæ beatitudinis acquirant. Per Dōminum nostrum.

**Postcommunio.**

**D**iuina libantes mysteria, quæsumus Dōmine: vt hæc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem & pacem, pro quorum, quarumque dilectiōe, hæc tua obtulim⁹ maiestati. Per Dōminum.

**Pro inimicis. Oratio.**

**D**eus pacis, charitatisque amator & custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemque; veram: cunctorumque; eis remissionem tribue peccatorum: nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per Dōminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

**Secreta.**

**O**blatis, quæsumus, Dñe, placare munēribus: & nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiā tribue delictorum. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**H**æc nos communio, Dōmine, eruas à delictis: & ab inimicorum defendat insidijs. Per Dōminum.

**Pro inter agentibus. Oratio.**

**A**desto, Dōmine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: vt inter omnes viæ & vitæ huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per Dōminum.

**Secreta.**

**P**ropitiare, Dōmine, supplicationibus nostris: & has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benign⁹ assūme: vt viam illorum & precedente gratia tua dirigas, & subsequente comitari digneris: vt de agra

atq; incolumitate eorum, secundum misericordiae tuae praesidia gaudeamus. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**T**Va, Domine, famulos tuos sperantes in te, quae sumpsimus sacramenta custodiant: & contra omnes aduersos tueatur incursus. Per Dñm.

*Pro nauigantibus. Oratio.*

**D**Eus, qui transtulisti patres nostros per mare rubrum, & transtulisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur: ut in nauis famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper piabili, cursuque tranquillo tuearis. Per Dominum.

*Secreta.*

**S**Vscipe, quaesumus, Domine, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus defende periculis. Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**S**anctificati diuino mysterio maiestatem tuam Domine suppliciter deprecamur, & petimus: ut, quos donis facis caelestibus interesse, per signum sanctae Crucis, a peccatis omnibus abstrahas, & a periculis cunctis miseratus eripias. Per Dominum.

*Pro infirmis Oratio.*

**O**Mnipotens sempiternus Deus, salus aeterna credentium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordiae tuae imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per Dominum.

*Secreta.*

**D**Eus, sub cuius nutibus vitae nostrae momenta decurrunt: suscipe preces & hostias famulorum tuorum pro quibus misericordiam tuam, & gratantibus imploramus: ut de quorum periculo metuemus, de eorum salute laetemur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**D**Eus, infirmitatis humanae singulare praesidium, auxilium tuum super infirmos famulos tuos ostende virtutem: ut ope misericordiae tuae adiuti ecclesiae tuae sanctae incolumes representari mereantur. Per Dominum.

*Pro constituto in carcere. Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Petrum a vinculis absolutum illaesus abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: & eum ipsius meritis illa sum abire concede. Per Dñm.

*Secreta.*

**S**Vper has, quaesumus Domine, hostias benedictio copiosa descendat: quae captiui nostri vincula soluat, & de eius liberatione nos cito laetificet. Per Dñm.

*Postcommunio.*

**P**reces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi: & per haec sacramenta quae sumpsimus, famulum tuum a vinculis suae captiuitatis absolue. Per Dominum.

*Pro tentatis & tribulatis. Oratio.*

**D**Eus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: ut famulos tuos de tua misericordia confidentes, caelesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conser-

ues: vt tibi iugiter famulentur, & nul-  
lis tentationibus à te separentur. Per  
Dòminum.

*Secreta.*

**H**Vius, quæsumus, Dñe, virtute  
mysterij, & à proprijs nos mun-  
da delictis, & famulos tuos ob omni-  
bus absolue Peccatis. Per Dòminum.

*Postcommunio.*

**P**Vrificent nos, quæsumus, Dòmi-  
ne, sacramenta quæ sumpsimus:  
& famulos tuos ab omni culpa liberos  
esse concede: vt qui conscientia reatu  
constringuntur, cælestis remedij ple-  
nitudine glorientur. Per Dòminum.

*Ad repellendas malos cogitationes.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens & mitissimè Deus,  
respice propitius preces nostras  
& libera corda nostra de malârum tẽ-  
tationibus cogitationum: vt sancti spi-  
ritus dignum fieri habitaculum me-  
reâmur. Per Dòminum. in vnitâta e-  
iusd, m.

*Secreta.*

**H**As tibi, Dòmine, offerimus obla-  
tiones pro salute nostra: quatenus  
animas nostras ab immundis cogita-  
tionibus purges, illasque custodias:  
& sancti spiritus gratia illuminare di-  
gnêris, per Dñm. in vnitâta eiusdem.

*Postcommunio.*

**D**Eus, qui illuminas omnem hõ-  
minem venientem in hunc mũ-  
dum: illumina, quæsumus, corda no-  
stra gratia tuæ splendore: vt dignè ma-  
iestati tuæ ministrare, teque æterna  
charitate diligere valeamus. Per dñm.

*Ad postulandam charitatem.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui diligentibus te facis cũ-  
cta prodesse: da cordibus nostris  
inviolabilem tuæ charitatis affectum:  
vt desideria de tua inspiratione conce-  
pta, nulla possint tentatione mutari.  
Per Dòminum.

*Secreta.*

**D**Eus, qui nos ad imaginem tuam  
sacramentis renouas & præcep-  
tis: perfice gressus nostros in semitis  
tuis: vt charitatis donũ quod fecisti à  
nobis sperari: per hæc quæ offerimus  
sacrificia, facias apprehendi. Per Dò-  
minum nostrum.

*Postcommunio.*

**S**Ancti spiritus gratia, quæsumus,  
Dñe, corda nostra illuminet: & per-  
fectæ charitatis dulcedine, abundanter  
reiciat. Per Dñm. in vnitâta eiusdem.

*Ad postulandam patientiam.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui vnigeniti tui patientia  
antiqui hostis contriuiti super-  
biam: da nobis, quæsumus, quæ idem  
piè pro nobis pertulit, dignè recollere:  
sicq; exemplo eius, nobis aduersantia  
& quamimter tolerare. Percundè dñm.

*Secreta.*

**M**Vnera nostræ oblationis, quæ-  
sumus, Dòmine, placatus susci-  
pe: quæ, vt nobis patientiæ donũ con-  
donare dignêris, maiestati tuæ deuota  
offerimus actione. Per Dòminum.

*Postcommunio.*

**S**acro sancta, Dòmine, sumentes  
mysteria, amissam nobis, quæsu-  
mus reconcilient gratia: atq; munus  
patientia in illatis omnibus, seper &  
vbique protegendo impertiant. Per  
Dòminum nostrum.

**Ad postulandam continentiam.****Oratio.**

**V** Re igne sancti spiritus renes nostros, & cor nostrum, Dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per Dñm, in vnitatē eiusdem.

**Secreta.**

**D** Irumpē, Dñmine, vincula peccatorum nostrorum: vt sacrificare tibi hōstiam laudis absolutā libertatē possimus, retribue quæ antē tribuisti & salua nos per indulgentiam, quos dignat⁹ es saluare per grātiā. Per dñm.

**Postcommunio.**

**D** Omine adiutor & protector noster, adiuua nos: & reflōreat caro nostra vigōre pudicitiae, & sanctimoniae nouitate: ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per Dñm.

**Pro salute viuorum. Oratio.**

**P** Ratēde, Dñmine, fidelibus tuis dexteram cælestis auxiliij: vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulat consequi mereantur. Per Dñm.

**Secreta.**

**P** Ropitiare, Dñmine, supplicationibus nostris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolunitate eorū offerimus, benignus assume: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta quæsumus: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.

**Postcommunio**

**D** A fidelibus tuis, quæsumus, Dñmine, in tua fide & sinceritate constantiā: vt in charitate diuina fir-

mati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per Dñm.

**Pro viuis & defunctis. Oratio**

**O** Mnipotens sempiternē Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum: omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuæ clementiā, omnium delictorum suorum veniā consequantur. Per Dñm.

**Secreta.**

**D** Eus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quæsumus: vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omnium fidelium beatæ prædeterminationis liber ascripta retineat. Per Dñm.

**Postcommunio.**

**P** Vrificent nos, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuū sacramentū non sit nobis reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniā: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dñm.

**MISA IN COMMEMORATIONE omnium fidelium defun-**

preces efudimus, obsecrantes: vt quicquid conuersatione contraxerunt humana: & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Dominum.

**FINIS.**

**ORDO AD FACIENDAM**

• aquam Benedictam.

**DIE** Dominica, in sacristia præparato sale & aqua, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad hoc deputatus, alba vel superpellicio indutus cum stola circa collum, primò dicit **℟.** Adiutorium nostrum in nomine Dñi. **℞.** Qui fecit cælum & terram. Deinde absolute incipit exorcismum salis.



**E**Xorcizo te, creatura salis, per Deum **✠** viuum: per Deum **✠** verum: per Deum **✠** factum: per Deum, qui te per Eliseum propheta in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discèdat à loco in quo aspersum fueris, omnis phantasia & nequitia vel versutia diaboli- cæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos, & mortuos: & sæculum per ignem. **℞.** Amen.

**Oratio.**

**I**mmensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis,

quam in vsum generis humani tribuisti, bene **✠** dicere, & sancti **✠** ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus summentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omni- que impugnatione spiritalis nequitie. Per Dominum nostrum.

**Exorcismus aquæ: & dicatur absolute.**

**E**Xorcizo te creatura aquæ in nomine Dei **✠** patris omnipotentis, & in nomine **✠** Iesu Christi filij eius Domini nostri, & in virtute sancti **✠** Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. **℞.** Amen.

**Oratio.**

**D**eus, qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adæto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuam bene **✠** dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosque pellendos diuinæ gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium, hæc vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aut corrupens: discedant omnes infidi-



latentis inimici : & si quid est, quod aut incolumitati habitantiū inuidet, aut quieti, aspersiōne huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocatiōnem sancti tui nōminis expetita, ab ōnibus sit impugnationibus defensa. Per Dōminum nostrum.

*Hic mittat sal in aquam, in modum crucis d cendo semel.*

**C**ommistiō salis & aquæ pariter fiat: in nōmine pa **✠**tris, & filij, & sp̄ritus **✠**sancti. **℞.** Amē. **℣.** Dōminus vobiscum. **℞.** Et cum sp̄ritu tuo. **Oratio.**

**D**eus, inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominatiōnis vires reprimis: qui inimici rugientis sæuitiā superas: qui hostiles nequitiās potēter expugnās: te Dōmine tremētes & supplices deprecāmur ac petimus: vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbiq̄; fuerit aspersa, per inuocatiōnem sancti tui nōminis, omnis infestatio immūdi sp̄ritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti sp̄ritus nobis misericordiam quam poscentibus, vbiq̄; adesse distinetur. Per Dōminum nostrum.

*Finis benedictione, Sacerdos celebraturus, indutus pluuiali coloris confectio competētis, accedit ad altare, & ibi cum ministris ad gradus genuflexus accipit à Diacono aspersoriū, & aspergit primò ter Altare, deinde se, & mi-*

*nistros semel singulos, incipiens Antiphonam Asperges me, chorus prosequatur Dōmine, vt infra. Interim celebrans aspergit clerum, deinde populum, dicens Psalm. Miserere totū, cum Gloria patri.*

**Antiphona.**

**Asperges me: Dōmine, hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Psalm. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri & filio & sp̄ritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculōrum. Amen.**

**Et repetitur Añā. Asperges me Dōmine. Supradicta Añā, prædicto modo dicatur in aspersiōne aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepto quod in Dominica de Passione, & in Dominica palmariū non dicitur Glōria patri. Sed post Psalmum Miserere, repetitur immediatè Añā. Asperges me Dōmine. Excepto etiam tempore Paschali, scilicet à Dominica Paschæ vsque ad Pentecost: quo tempore cantatur communiter Antiphona. Vidi aquam egredientem de templo, à latere dextro, alleluia: & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, alleluia, alleluia. Psalm. Confitemini Dōmino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. ℣. Glōria patri. Repetitur Antiphona. Vidi aquam. In octaua verò Pentecostes, relinquitur Asperges me Dōmine.**

**Finis Antiphonis, superdicto**

modo Sacerdos qui asperit aquam, reuertens ad altare, ante gradus altaris stans dicat. *Ps.* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. **Tempore Paschali additur alleluia.** *Re.* Et salutare tuum da nobis. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. *Re.* Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

## Oratio.

**E**xaudi nos, Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum angelum tuum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. *Re.* Amen.

## BENEDICTIO

## agni Paschali.

*Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Re.* Qui fecit cælum & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

**D**eus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto agnum occidi iussisti in similitudine Domini nostri Iesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita bene *Ps.* dicere & sancti *Ps.*ificare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus: per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum. *Re.* Amen.

Et mox aspergit aqua benedicta.

## BENEDICTIO PANIS.

*Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Re.* Qui fecit cælum & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

**D**omine Iesu Christe, panis angelorum, panis viuus & æternæ vitæ, bene *Ps.* dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo digne gustantes: inde corporis & animæ desiderabilem percipiant sanitatem. Per Christum Dñm nostrum. *Re.* Amen.

Aspergatur aqua benedicta

## BENEDICTIO

## nouorum fructuum.

*Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Re.* Qui fecit cælum & terram. *Ps.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

**B**ene *Ps.* dic, Domine, hunc nouum fructum. *N.* & præsta: ut qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis & animæ salutem potiatur. Per dñm.

Et aspergatur aqua benedicta.

## BENEDICTIO

## ad quodcunque comestibile.

*Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Re.* Qui fecit cælum & terram. *Verf.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

**B**ene *Ps.* dic, Domine, creaturam bistam *N.* ut sit remedium salutare generi humano: & præsta per invocationem sancti nominis tui: ut quicumque ex ea sumperint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Dñm nostrum.

Aspergat id cum aqua benedicta.

lat **Benedictio candelarum.**  
 aut **Adiutorium nostrum in nomine**  
 a **Dominus.** Qui fecit cælum & ter-  
 fugm. **Dominus vobiscum.** Et  
 salum spiritu tuo.

**D**omine Iesu Christe fili Dei vi-  
 ui, bene **dic** candelas istas su-  
 plicationibus nostris: infunde eis, Dò-  
 mine, per virtutē sanctæ cru-  
 cificis be-  
 nediotionem cælestem, qui eas ad re-  
 pelendas tenebras humano generi tri-  
 buisti: talemque benediotionē signacu-  
 lo sanctæ cru-  
 cis accipiant, vt qui  
 sub **crucis** accēse siue pōsitæ fū-  
 rint, discedant principes tenebrarum  
 & contremiscant, & fugiant pāuidi  
 per **omnes** ministris suis ab habi-  
 tationibus illis: nec præsumant am-  
 plius inquietare aut molestare seruiē-  
 tes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis  
 & regnas, &c.

**Et aspergatur aqua benedicta.**  
**BENEDICTIO LOCI**  
**ch.** **Adiutorium nostrum in nomine Dò-**  
**mini.** Qui fecit cælum & terram. **Et**  
**Dñs vobiscum.** Et cū spiritu tuo.  
**B**ene **dic**, Dòmine Deus omni-  
 tu-  
 potens, locum istum, vt sit in eo sa-  
 pientia, castitas, victòria, virtus, humili-  
 tas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo  
 legis, & gratiarum actio, Deo patri &  
 spiritu **sancto**: & hæc benedi-  
 cionem maneat super hunc locum, & su-  
 per habitantes in eo. Per Christum Dò-  
 minum nostrum. **Amen.**

**Aspergatur aqua benedicta.**  
**Benedictio domus nouæ.**  
**Adiutorium nostrum in nomine**

**Dñi.** Qui fecit cælum & terram. **Et**  
**Dñs vobiscum.** Et cum spiritu tuo.  
**T**E Deum patrem omnipotentē  
 suppliciter exorâm⁹ pro hac do-  
 mo, & pro eius habitatoribus ac re-  
 bus: vt eam bene **dicere**, & sanctifi-  
 care, ac bonis omnibus ampliare di-  
 gnèris. Tribue igitur eis, Dòmine, de  
 rore cæli abundantiam, & de pingue-  
 dine terræ vitæ substantiam, & desidè-  
 riavoti eorum ad effectum tuæ misera-  
 tionis perducas. Ad introitum ergo  
 nostrum bene **dicere** & sanctificā-  
 re dignare hanc domū, sicut benedice-  
 re dignatus es domū Abraham, Isaac,  
 & Iacob: & intra parietes domus istū-  
 us, angeli tuæ lucis in habitent, eamq;  
 & eius habitatores custodiāt. Per Chri-  
 stum Dòminum nostrum. **Amen.**

**Aspergat aqua benedicta.**  
**BENEDICTIO thalami.**  
**Adiutorium nostrum in nomine Dò-**  
**mini.** Qui fecit cælum & terram. **Et**  
**Dñs vobiscum.** Et cū spiritu tuo.  
**B**ene **dic**, Dòmine, thalamum  
 hunc: & omnes habitantes in eo,  
 in tua pace consistant, & in tua volūtā-  
 te permaneant, & senescant, & multi-  
 plicentur in longitudine dierum. Per  
 Christum Dñm nostrum. **Amen.**

**Postea aspergat thalamum aqua**  
**benedicta.**

**BENEDICTIO nouæ nauis.**  
**Adiutorium nostrum in nomine Dò-**  
**mini.** Qui fecit cælum & terram. **Et**  
**Dñs vobiscum.** Et cum spiritu tuo.  
**P**ropitiare Dòmine, supplicatiō-  
 nibus nostris, & bene **dic** na-

uim istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea uentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulante in diluuiio. Porrigere eis Dñe dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum angelum tuum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper à periculis uniuersis, cum omnibus que in ea erunt: & famulos tuos, repulsis aduersitatibus portu semper cursuque tràquillo tuearis: transactisque riteque perfectis negotijs omnibus iterato tẽpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Dõminum nostrum.

*Aspergat nauim aqua benedicta.*

**BENEDICTIO** sacerdotalium indumentorum in genere.

*Ps.* Adiutorium nostrum in nomine Dõmini. *Rs.* Qui fecit cælum & terram *Verf.* Dõminus uobiscum. *Rs.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.* *Oratio.*

**O**mnipotens sempiternè Deus, qui per Mõysen famulum tuum pontificalia & sacerdotalia atque leuitica uestimènta, ad explendum ministerium eorum in conspectu tuo ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuisti, adesto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumentalia sacerdotalia desuper irrigate gratia tua ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitutem purificare, benedicere, & consecrare digneris: ut diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta existant: hisque sacris uestibus pontifices, sacerdotes,

seu leuitæ tui induti, ab omnibus pulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti & defensi esse mereantur: tuisque mysterijs apte & condignè seruire & inhaerere, atque in his tibi placitè & deuotè perseuerare tribue. Per Christum Dõminum.

*Alia Oratio.*

**D**eus, inuictæ uirtutis auctor, & omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: & hæc indumentalia leuiticæ & sacerdotalis gloriæ, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio benedicere, consecrare & sanctificare digneris: omnesque eis uententes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuotè & amabiliter seruientes, gratos effici concede. Per Dñm nostrum. *Oremus.*

**D**omine Deus omnipotens, qui uestimènta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in usum tabernaculi fœderis necessaria, Mõysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti: hæc uestimènta in usum & cultum mysterij tui sanctificare: benedicere, & consecrare digneris: atque ministros altaris tui, qui ex aduersariis septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola beatus facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate ueritatis. Per Christum Dõminum nostrum. *Rs.* Amen.

*Deinde aspergis ipsa indumentalia aqua benedicta.*

**F I N I S**

R  
3  
SERIES CHARTARVM



\*\*\*\*\*

A B  
C D E F G H I k L M N O P Q R S

Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii kk Ll Mm Na  
o Pp Qq Rr.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh

Omnes sunt terniones **præter** A, qui est quaternio  
& \*\*\*\*\* & Hhh. & o<sup>2</sup> duerniones.



CONIMBRICÆ

Excudebat Antonius à Mariz, Anno Redemptionis.  
M.D.LXXXVIII.

